

fuerit idem gradus, in quo est exaltatio Solis uel Iouis, expandetur nomen eius per uniuersam terram, & diuulgabitur eius fama.

73 Hæc sunt illa quæ sunt aptanda, uel ex eis aptari potest, scilicet ascendens, pars fortunæ, luminaria, signum coniunctionis, eorumq; domini, signum domini, horæ, necnon & locus rei quæsitæ, eiusq; dominus.

74 Ex domino exaltationis & diuisore, necnon domino aliorum diuisorum radiorum, & ex domino anni, ex mutatione quoq; planetarum in locis, & eorum aspectibus sciuntur accendentia mundi in revolutionibus annorum.

75 Cum dñs 10 domus fuerit in 8, timebit, ne mater nati ex illo partu morietur.

76 Cum fuerit dominus quartæ domus, impeditus à domino ascendentis, timebitur super patrem natu.

77 Nihil prodest prælanti, cum fuerit dominus ascendentis in fortuna, & retrogradus, uel sub radijs: qui similiter si fuerit cum 7, uel eius domino, obtinebit in prælio, qui prius pugnare coeperit.

78 Infortuna suum locū calefacit & impedit, Sol uero calefacit, & nō impedit.

79 Causa ne rex exeat ad prælium, domino ascendentis eunte ad dominum 7.

80 Cum fuerit Mars cum Sole in signis Septentrionalibus, erit calor maximus: similiter etiam cum Sol ierit ad Saturnum in signis meridionalibus, erit frigus maximum, & econuerso.

81 Cum peruererint infortunæ ad locum conuenientem, non nocebunt, si non fuerit eius significatio in radice natuitatis: & similiter fortunæ non proderunt, cum non sit ex eis in radice significatio.

82 Impedimenta quæ uentura sunt, in annis alynthiæ euenient: cum peruenit annus mundi ad corpora malorum, unicuiq; signo da annum.

83 Maius infortunium Saturni est, cum fuerit in signis fœmininis: sed Martis, cum fuerit in masculinis.

84 Nullus debet expugnare ciuitatem, cuius dominus fuerit dominus ascendentis anni mundi.

85 Oportet in omni inceptione aptare circulum ad naturam eius, quod quis incepturus est.

86 Non commendatur ictsifal Lunæ ad Martem ex domibus Veneris, nec ad Iouem ex domibus Saturni & Mercurij, neq; ad Solem ex domibus Saturni.

87 Ex maioribus fortunis est, ut planetæ sint diurni, orientales à Sole, in signis masculinis, planetæ uero nocturni occidentales à Luna 87.

88 Cum domini triplicitatis luminaris diei fuerint diurni & orientales, ab eo quoq; domini triplicitatis nocturni occidentales: & erūt aucti lumine, erit maius signum fortunæ & felicitatis.

89 Punctus orientalis significat pueros iuvenes, & uniuscuiusq; principia: medium uero coeli, reges, legiscq; dominos, iudices & etiam præliorum dominos. Septimum quoq; senes atq; defunctos. Mulieres etiam ac iniamicos, atq; omne uenustum. Angulus autem terræ partes & terras, locum etiam in quo natus est infans. Horam quoque mortis & sepulchra demonstrat.

90 Planetæ qui dant grādes diuinitias, 3 sunt, uidelicet Iupiter, Sol, & Mercurius.

91 Horreda est omnis incepio ab eo, qui multarū fuerit diuinitiarū, in omnibus medietatibus, in quibus impedita fuerit cōiunctio uel pūetio. caueat igit ab hoc.

92 Uniuersalis quæstio natuitati assimilatur, reuolue igitur annos eius, & super eos iudica.

93 Gaudet Saturnus in Aquario, sicut Iupiter in Pisce: gaudet etiam Mars in Scorpione, sicut Venus in Libra, & Mercurius in Virgine.

94 Sicut addit Geuzahar super naturam omnis planetæ, qui cum eo fuerit: ita cauda minuit ex natura cuiuscq; planetæ, qui cum eo fuerit.

95 Fortior significatio super esse patris, est primogenitus: & qui sequuntur, dabunt similiter aliquid significationis.

96 Algebuthar fortior est in causa uitæ, Alcochoden aut fortior est in alijs rebus,

- 93 Dominus uero radiorum fortior est, quam algebuthas, & forsitan erunt aequae fortes.
- 97 Cum morietur natus prius quam transeat una dies & una nox, erit sicut ab ortiuus, & nullam habebit in aliquo significationem.
- 99 Reges quorum negotia cito fiunt, & qui cito se vindicant, qui cito etiam persiciunt quod desiderant, sunt quorum ascendens in principio regni fuerit signum igneum, & similiter mediū cœli: uel alterum fuerit igneum, alterum uero aereum.
- 99 Cum fuerit dominus ascendentis in bono loco, in terminis fortunarum, fuerit cip̄ dominus termini boni esse, colligatus ei dabit probitatem ac regnum, & omne bonum.
- 100 Cum fuerit in medio cœli significator, dirigetur per ascensionem circuli directi. In ascensione uero per ascensiones regionis: in eo autem quod est inter utruncq; per utruncq;. hoc quidem capitulum narravit Alchindus.
- 101 Causa fortunij ac prosperitatis est, ut sint dominus domus Solis, dominus domus Lunæ, dominusq; ascendentis orientales. sint & in angulis, & aspiciant se ex bonis locis, id est, ex trino uel sextili.
- 102 Multum potens est ille, cui Sol fuerit in medio cœli in signo igneo, & Luna in Tauro, cuius aspectus erit sinister.
- 103 Valde diuites, & qui diuitijs abundabunt, magniçp sunt nominis, quibus dominus secundæ domus fuerit in exaltatione sua uel domo, iens ad dominum ascendentis, maximè autem, si fuerit Iupiter.
- 104 Vita omnium animalium est secundum gradum Solis & Lunæ, & hoc ab altissimo datum secundum Astapham.
- 105 Cum fuerit fortuna in locis Martis, & significator iuerit ad eam, uel ea ad significatorem abscedet, sicut infortunæ.
- 106 Auerte oculos à figura, in qua Mars fuerit in angulo, maximè cum fuerit ascendens Scorpiο.
- 107 Cum uoluerit alius abstrahere, significatore Saturnum aspiciens, grauiter abstrahet.
- 108 Si quis postulauerit aliquid, Capite existente in medio cœli cum Iove, & Luna eunte ad eum, uel si separata ab eo, iuerit ad dominum ascendentis, uel si dominus ascendentis iuerit ad eum, non preteribit, quin breuiter adipiscatur quæsita.
- 109 Non est bonus uolenti bellare, nec etiam regi, quod faciat iter domino ascendentis, & in octaua, & si sit in exaltatione sua.
- 110 Non est Sol bonus in ascidente hora belli: nec cum domino ascendentis, nisi fuerit ascendens Aries uel Leo.
- 111 In ea parte, in qua Sol & Luna fortunabuntur, erit uictoria interrogatisbus, ueluti si formabuntur ab ascidente usq; ad medium cœli, uel ab ascidente usq; ad quartum, uincet, querens si in locis alijs fuerit, aduersarius superabit.
- 112 Oportet maximum impedimentum esse rerum, quæ sunt in potestate signi, in quo fuerit planeta cadens, uel retrogradus, aut in malo esse solis.
- 113 Signa significant corpora, planetæ uero ea q̄ mouet corpora, loca planetarū in circulo eorumq; substatię, & loca eorū à Sole, significat opus & destructionē.
- 114 In cuiuscunq; nativitate fuerit Iupiter, receptor fortitudinum omnium planetarum, & ipse commendauerit eas, & suam Saturno, fueritq; receptus ab eo, & uterq; orientalis & ascendens in angulo, erit natus magnus & potens in hococulo, necnon & boni esse: surget etiam nomen suum in orbe.
- 115 Cauē ne sit Saturnus cum domino ascendentis, uel in alijs locis exaltatis, quia ipse est deterior cauda.
- 116 Veri suntrumores, si fuerint hora nunciatiois anguli signa fixa, & Luna atq; Mercurius in signis fixis: & si Luna etiam separata fuerit à fortunis, necnon si fuerit fortuna in angulorum aliquo: cumq; ita inuenieris, haec significatio nec falsa, nec fallere poterit.
- 117 Prima diei hora usq; ad perfectionem trium horarum, est sanguinis. Tres uero

uerò secundæ cholerae rubeæ, tertia cholerae nigræ: sed ultimæ tres flegmatis, similiter & in nocte. Eodem quoq; modo est in quartis mensis lunaris. Quartæ autem anni sunt Solis.

118 Cui dominus ascendentis fuerit in dextra Solis, fueritq; super ipsum eleuatus, id est, dustoriam habuerit, & iam perficiat suam, ut ita dicam, orientalitatem, erit amicus regum & potentum, diues etiam, & magni nominis.

119 Noli festinare in iudicando, cum planetæ ad inuicem coniungentur, nisi prius signi naturam consideres, in quo coiuncti fuerint: utrum sit ex eorum similitudine, nec ne, si enim fuerit ex eorum similitudine, confortabis eorum significationem.

120 Cum fuerit dominus ii ascendētis, uel ii Lunæ, aut ii partis fortunæ circumuentus, à fortunis magis fortunabitur quam alter aliquid.

121 Cum duæ fuerint infortunæ in gradu 4 domus, & in eodem termino erit natus infortunatus, & ualde miser.

122 Cum planetæ fuerint in angulis, apparebunt ea quæ ab eis significabuntur, siue bona, siue mala fuerint. significatio domini quarti, circuli est annus, sed & septimi circuli est mensis.

123 Cum fuerint anguli ascendentis signa mobilia, & duæ infortunæ in angulis, misera erit omnis eius uita nati.

124 Cum Luna fuerit in angulis, confortabit omnem significationem suam: maximum autem, si quam auctoritatem habuerit in ascendentे.

125 Festina cōmutatio non poterit esse nisi à Marte, sicut magna elongatio: nisi à Saturno.

126 Status omnium bonorum mutatur de bono ad malum, uel de malo ad bonum, cum mutantur signa & figure planetarū, qui significant super eos de ascensione in descensionem, & econuersio.

127 Iupiter & Saturnus mutant res & conuertunt, eritq; uariationis initium, cum mutantur de una triplicitate ad aliam in coiunctionibus, & ex una figura in aliam.

128 Meliores coniunctiones duæ sunt, quarum altera est luminarium, altera uero duorum planetarum ponderosorum. planetæ masculini sunt qui agunt, foemini uero sunt in quos agitur, & similiter etiam in signis.

129 Aspice ascensionem planetæ, & gradum exaltationis, gradum quoq; sui casus. nam hæc sunt quæ significant homines, & eorum opera.

130 Si inuenieris significatorem in angulis masculinum, & in signo masculino, contrarij uero significatorem foemininum, & in foeminino signo, aget in eum, id est, uincet alterum ille cuius signum est masculinum, & in masculino signo.

131 Significationes sunt duobus modis, substantialiter scilicet & accidentaliter, & utroq; modo numerum septem planetarum significabunt.

132 Cum duæ infortunæ coniunguntur, & Luna Saturno in latitudine, erit famæ & mortalitas. Si uero Marti, mutabuntur reges, & erit multa sanguinis effusio, & prælia in loco qui signabitur ab ipso signo. & hoc non fallit.

133 Ex coniunctione Saturni & Iouis in signis mobilibus, cognoscetur cōmutatio status & mundi, & ex eorum coniunctionibus in signis fixis iterum.

134 Cum coniungentur duæ fortunæ, coniungereturq; Luna Ioui in latitudine, erit iustitia, & quies in terra dirigitur: si autem Veneri, erit alacritas, gaudium, salusq; corporum atque prosperitas.

135 Cum Venus & Mars fuerint in eodem puncto cum Sole in loco Veneris & termino, uerba nati ab hominibus recipientur, & à nullo repudiabuntur.

136 Heremita & quasi propheta, necnon cuius uerba recipiuntur, est ille, in cuius natuitate Iupiter & Venus in eodem gradu cum Sole fuerint.

137 Famosi reges in hoc seculo, & quorum mandata non spernuntur, sunt quorum Iupiter & Luna fuerint in eodem puncto ascendentis ad augem suam.

138 Cui uigor maximus & posse magnum fuerit, est cui Sol in medio cœli cum Saturno erit in signo masculino orientalis.

139 Cum Luna & cæteri significatores remouentur ab angulis, non perficiantur

cientur res ipsæ, nisi fuerit quomodo ex itinere, & non ex alio.

140 Cum non fuerit inter aliquem planetarum, & significatorem ictisal aspectus, & fuerit uterque in eodē circulo, & ex circulis parallelis in nadir uel anahat, uel in æquinoctiali itinere, erit melius quam ictisal aspectus.

141 Omnis planeta duo habet signa, præter luminaria, quorum utrumque solam habet domum, quoniam eorum lumen est Saturni tenebrositas, ideoque posita sunt eorum domus contrariae.

142 Fortunæ sunt fideles & prosperæ, cum fuerint in locis exaltationis ac directæ, ne non & auctæ lumine.

143 In magnis & exaltatis rerum diuitijs uel initijs laudatur ut sint luminaria in terminis fortunarum sese aspicientia, & ut domini terminorum sint ex rei incipiendæ natura.

144 Res circuli, quæ cōplectuntur omnia, & quæ maximæ sunt, septem sunt, uidelicet principiū creationis hominū anni Solis maximī, & sunt 1413. Cum autem ascenderit aliquod initium in termino ascendentis radicis cuiuslibet inceptiōis, inuenieritque duo minuta duorum planetarum grauium. Sciētia horæ anni, in qua coniungerit in signis: ascendens revolutionis anni mundi, ascendens quoque cōunctionis uel præuētionis: quod fiet etiam in hora nativitatis uel quæstionis.

145 Non accidet super aliquem bonum uel malum, nisi cum mutatur natura uel similitudo triplicitatis signorum planetarū, quæ sunt eius loci significatores.

146 Cū diuersificātur duo climata, diuersificāt planetarū aspectus & eorū radij.

147 Cum uero duae latitudines diuersificantur, circuli eius circularis motus diuersificantur. In hoc autem capitulo nullus ita perfectè locutus est.

148 Duorum nodorum impedimenta peiora sunt planetis inferioribus quam superioribus.

149 Figura circuli in quæstionibus magna similitudinē est, ad similitudinem animæ querentis.

150 Cum fuerit Iupiter in Ariete directus, absque malo aspectu fortunarum, dabit fortitudinem, & regnum in quo nulla fiet iniustitia.

## B E T H E M D E H O R I S

### P L A N E T A R V M .

*De hora Saturni.*



Vm fuerit hora Saturni, bonum est emere res grauis naturæ, ut ferrum, stannum, plumbum, & omnia metalla, & lapidem, & pannos nigros, & incipere hortos fodere, & aliquas fraudes excogitare contra inimicos, & non est bonum sanguinem minuere, nec medicinam accipere, nec potestati loqui, nec prælato monacho hypocritæ, nec piscatori, nec uenatori, nec alicui amico loqui, nec aliquem murum construere uel ædificare, nullum quidem hominem incipere est bonum, neque aliquam societatem facere, nec uxorem accipere: quia nunquam erunt cōcordes, nec pannos incidere, nec nouos induere est bonum.

*De hora Iouis.*

Hora Iouis bonum est emere & cambiare argentum, & omnia negocia tractare, quæ pertinent ad argentum, & pannos azuri coloris mercari, & pontes & domos orationis causa, & iter causa domini bonum est incipere, causa etiam negotiationis, nauigationis iter incipere bonum est, & medicinam accipere, & sanguinem minuere bonum est, & loqui de concordia, & pace, & amicitia, & potestate, & emere equos castanei coloris, & arma de azaro bonum est, & telam ordiri, & agrum arare, & seminare, puteum etiam fodere, murum cōstruere & edificare. quid plura referas: omnia bona opera bonum est incipere hora Iouis.

*De hora Martis.*

Hora Martis bonum est emere arma, & equos ferrandos, & omnes equos aptos in bello, galeas armare, iter causa bellii incipere, siue per terram siue per mare, & omnes pannos rubei coloris emere, medicinam uero accipere, & sanguinem minuere,

nuere, iter incipere propter aliquam negociationem non est bonum. præterea bonum est omnia opera quæ ad ignem pertinent, sicut fabrorum, coquorum, fornaciorum, fornasariorum: & quemadmodum diximus de hora Saturni, non est bonum incipere societatem, nec uxorem firmare uel ducere.

## De hora Solis.

Hora Solis bonum est emere aurum, & omnes res aurei coloris, & equos aureos. & optimum est in ea hora loqui regi, & omnibus potentibus: & bonum est potestatibus iter incipere causa bellii, & incipere bellum, & bonum est negotiari pannos crocei coloris, medicinam uero accipere, sanguinem minuere, aut iter incipere negociationis causa, siue uxorem ducere, uel societatem conduce-re, uel facere uel contractare, non est bonum, neque malum.

## De hora Veneris.

Hora Veneris bonum est emere foeminas, margaritas, & omnia ornamenta mulieris, & annulos aureos, & omnes res muliebres inuadere, desponsare, & uxorem ducere perfectissimum est. emere quoque equos albos, & uestimenta alba, & medicinam accipere, & sanguinem minuere, loqui reginis & nobilibus mulieribus, bonum est.

## De hora Mercurij.

Hora Mercurij bonum est emere omnes res pictas, scriptas, frumentum, milium, panicum, & omnes uestes uarij coloris, que pertinent ad usus hominum, species omnes: bonum est emere bombace, setam siue sericum, & omnia opera quæ sunt de serico, & incipere placitum facere, uxorem quoque ducere, ac societatem facere: medicinam etiam accipere, sanguinem minuere optimum est, iter quoque causa negociationis facere, equos quoque baleianos emere, & arma duorum colorum crocei & aurei, & uestimenta uiridis coloris emere, telam ordiri bonum est.

## De hora Lune.

Hora Lunæ bonum est emere mel, oleum, ficus, castaneas, nuces, amygdalas, lanam, linum, canapum, ordeum, carnes porcorum, & omnium animalium, preterquam ouium: bonum est etiam emere aues ad Mercurium pertinetes, & omnes bestias quæ pertinent ad macellum, iurare, deceptiones, traditiones, fraudes, & ingenia facere bonum est. opera quoque, quorum uis stabilitatem, non est bonum incipere: quorum uero uis celeritatem, bonum est incipere.

## De ortu triplicatum, &amp; primò de ortu primæ triplicitatis.

**S**i fuerit in ortu Aries, Leo, uel Sagittarius, quia ista signa sunt ignea, bonum est sub eorum ortu incipere ea quæ pertinent ad ignem, sicut fornacē incendere, aurum, argentum, plumbum, stannum, auricalcum colorare, & contraria fabricalia, & omne opus cuius uis celeritatem, nauigare, cursus equorum facere, nuncium mittere, uela erigere, puteū fodere, thesauros inuenire, & multa quæ numerari non possunt.

## De ortu secundæ triplicitatis.

Si fuerit in ortu Taurus, Virgo, uel Capricornus, quia sunt signa terrea, bonum est sub eodē ortu omnia opera facere quæ pertinent ad terram, ut est terram arare, emere terras & domos, terram mensurare, & dividere uestimenta, & emere ligna, ex quibus uis facere naues: & omnia ædificia, & omnia opera facere, quorum uis habere stabilitatem, perseverantiam, & durabilitatem.

## De ortu tertiae triplicitatis.

Si uero ascenderint Gemini, Libra, uel Aquarius, quia sunt signa aerea, sub eorum ascensu bonum est facere quæ pertinent ad aërem, ut arborem in nauem ponere, & in ipsam erigere, & antennas & uela præparare & extendere, & omnia opera quæ pertinent ad nauem, cursum equorum & gallearum, & iter bonum est incipere.

## De ortu quartæ triplicitatis.

Si uero ascendens fuerit Cancer, Scorpio, uel Piscis, quia sunt aquatica signa, sub eorum ortu bonum est facere omnia quæ pertinent ad aquam, ut retia mittere in aquam, & omne genus piscatiōis exercere, balneare, & balnea cōstruere, & clausa ad molendinum facere, & aquæ cursus dirigere, & multa quæ enumerari non possunt.

De hora Saturni, &amp; signo, &amp; eius ascendentie.

Hoc tantum diligenter est attendendū, quod si fuerit hora Saturni, & signū Sa-  
turni ascēdat, mirabile est facere omnia quae dicta sunt de horis Saturni, & idē in-  
tellige de omnibus alijs horis & signis. & si potes, cōcordes horas cū signis, quia  
optimū est. & quod diximus de Saturno, sic intellige de omnibus alijs planetis.

## ZAHELIS DE ELECTIONIBVS

LIBER.



Mnes cōcordati sunt, quod electiones sint debiles, nisi in regibus  
habent 93, isti licet debilitentur eorum lectiones radices, id est, na-  
tiuitates eorū, quae confortat oēm planetā debilē in itinere: mulie-  
ribus uerò & mercatoribus, & his qui sequuntur, nō eligas aliquid,  
nisi supra natuuitates eorū, & reuolutiones annorū illorū, & super  
natuuitates eorum filiorum. quorum autē ista ignorantur, accipientur eis interro-  
gationes. Et sciatur effectus rei eorū ex eis, postea eligatur eis secundū hoc: quia  
dum interrogauerit quis de semetipso, iam peruenit ex natuuitate sua ad bonum  
uel malū. Quare ipse te interrogauit, & indica ei secundum interrogationē suam.  
Cave ergo ab huiusmodi electionibus. Quomodo enim eliges ei, cuius radix di-  
stracta est, maximē cum hoc sit initū primū, & radix antiqua, in qua est fiducia.  
cave igitur eligere ei, cuius radix natuuitatis uel interrogatiōis significauerit ali-  
quod horribile: ad quod cum peruerterit, si posueris omnes fortunas in angulis,  
& cadere feceris omnes malos ab eo, nihil proficiet ei: & omnis planeta qui non  
congruit domino ascendētis eius, non proderit illi uiro quicquā, & maximē illis  
qui sunt uiles uel mediocres: quia nescis utrū eligas ascendens, uel stellam, que sit  
ei in radice inimica, uel fuerit in eodē signo ascendēte quod ei elegisti malū. nihil  
enim admiramur in illis qui equitant mare, aut illis qui peregrinantur in una ho-  
ra, quorū intētio est in una peregrinatione. Sed quidā eorum naufragiū patiunt̄,  
quidā uerò euadunt: & quidā eorum inueniunt substantiā, quidā uerò nihil inue-  
niūt. non enim assimilatur esse quorundā eorū aliorū esse, & iam multoties pro-  
bauit hoc in collatione quorundā, qui exierunt à loco in una hora, & peruerterūt  
ad aliā regionē in hora una. Sed quidā ex eis uelocius reuersi sunt cū optimā sub-  
stantia, & quidā ibidē tardauerunt: quidā uerò eorū perierunt antequā redirent  
ad domos suas. hoc enim eis accidit ex natuuitatibus suis, & ex diuersione eorū  
in ipsis annis. uideamus etiā quosdā gaudere, & potare in die malo, & in timēdo  
die, scilicet multorum impedimentorū. & congregatur atq; ingreditur super eos  
risa in die bono & laudabili, & uidebis forte significatore iunctū malo ex quar-  
to aspectu uel oppositione, aut erit cum eo in uno signo, inueniet tamen in eo for-  
tunium bonū. Quare hoc non est, nisi quod mali fortassis congruerint ei magis,  
quia erant domini ascendētis prīmi, uel domini diuisionis eius, aut dñi ascendē-  
tis reuolutoris anni. Cum autē elegeris super ascendēs interrogationis aut natuui-  
tatis, quā nosti, uel super dominū signi profectiōis anni, erit electio tua dignior,  
quia scies quid ei sit congruum ex stellis, & quid sit eius affectus. Cave igitur in  
hoc capitulo, & sit opus tuum simile electioni tuae. Et scito quod omnipotens &  
altissimus creauit omnem creaturam, mundum scilicet, & quicquid in eo est, ex  
quatuor naturis, id est, ex quatuor elemētis, & collocauit terram, & omne quod  
super eam est, ex rationali & irrationali, & ex mobili & immobili in circulo, po-  
suitq; inter hæc & circulū rem subtilem, quam sciunt sapientes: ut illa subtilis oc-  
casio, quam posuit inter lapidem magnetis & ferrum, & qui est inter patrem &  
filium, & inter comedentem & cibum. Scito hæc, & intellige eum. A' concordia  
ergo quae est inter utrasq; substantias, superiorē scilicet & inferiorem, tempe-  
rantur res, & aduersitate destruuntur, & fortunæ sunt æquales, id est, temperatae  
naturæ, mali uerò nocibilis naturæ, ideoq; uolunt impedire: & si receperint, ta-  
men omnino non deerit eorum substantia, & caliditas eorum diuersitatis: & sunt  
quasi fures, & ciues malorum ex hominibus, & ab eis uenit diuersitas & discon-  
dia, commutatio quoq; ac rerum confusio, intellige hoc totum.

Ascen-

Ascendens, & quid in eo est de electionibus in scientia naturarum signorum,  
quorum prima sunt mobilia.

Scito quod signa mobilia significant mobilitatem rerum festinanter, & nihil signa mobilia durabile sit in eis, nec prolongatur tempus illorum: bonum tamen est in eis seminare, emere, uendere, & mulierem firmare. haec omnia sub eis proficiunt. & infirmus liberabitur citò, contentio quoq; in eis non prolongatur, & fugitiuus reuertetur citò, peregrinatio etiam utilis est in eis: & si quis promiserit in eis aliquid, non perficiet promissum. locutiones, somnia & rumores in eis falsi erunt. nō curret sub eis aliquis medicus, nec plantetur sub eis aliqua plantatio: & non fundetur in eis fundamētum, quia malum est. & omne quod incepis in eis, cuius stabilitatem uolueris, non erit stabile. Omne autem opus instabile & festinationes quod uolueris facere, incipe sub eis. Et uelociora mobilioribus sunt Aries & Cancer: sunt enim plus tortuositatis, & plus mobilitatis. Libra uero & Capricornus, sunt fortiora, & magis tēperata. Porrò fixa congrua sunt omni operi, cuius stabilitas & prolongatio temporis queritur, & quod uult auctor eius esse durable bonumq;. & utile est in eis ædificare, & nuptias celebrare, postquam fuerit sponsatio in mobilibus. Et si in eis dimissa fuerit mulier à marito, non reuertetur ad eum, in initijs uero & inceptionibus in eis non erit fiducia, nisi in eis multipli centur testimonia fortunarum: & qui uinctus fuerit in eis, prologabitur eius carcer: & qui irascitur in eis, non poterit citò mitigari. Conditiones uero & mercedes in eis utiles sunt, bonumq; erit ædificare, & facere fundamētum. Scorpio autem leuior est omnibus fixis, & Leo magis fixus. Aquarius est tardior ac deterrior, Taurus uero magis est planus. Signa communia in participatione & fraternitate sunt utilia. Et quicquid operatum fuerit in eis, sape erit iteratum. Emere uero, & nuptias celebrare in eis, non erit utile nec proficuum, & erit in eis ingenium & deceptio: & cui obijcitur aliquid in eis, euadit & sanatur ex eo quod sibi obijcitur. Et qui incarceratur in eis, non figitur nisi in timore propriè propter paruitatem suæ apparitionis & exitus eius: & qui egreditur ex carcere, redibit ad locum suum: & si capitur in eis fugitiuus, redibit ad fugam suam secundò: & qui uadit in eis ad iudicem, non firmatur ei sententia neq; iudicium, neq; in eis uadit aliquis in nauis. nam qui uadit, permutatur ex ea ad aliam, cui promittitur aliquid in eis. dissoluuntur, & non completur ei aliquid de illo, & infirmus in eis sanatur, deinde incurrit recidivationem. Totum ergo quod aduenit homini, in eis ex bono & malo duplicatur super eum. Et si quis moritur in eis, tunc moritur post eum in illo loco, aliis in proximo. Et permutatio & ablutio capitis & barbae, & purgatio auri & argenti in eis sunt conuenientes, & mittere pueros ad literas. Si autem uis incipere aliquid ex eis quæ dixi tibi, tunc pone Lunam in ascendentे illarum domorum conuenientium ei quod uis, & coiunge Lunam cum fortunis recipientibus illo signo. & signa quidē diei in comparatione diei sunt fortiora, & pone ascendens diurnum. Signa aërea conueniunt uenationi in terra & mari, & signa regalia conueniunt regibus: & signa quibus sunt uoces, conueniunt illis qui canunt fistula cum crudo & uoci alhoot & cantilenæ: & signa ignea conueniunt omni quod fit cum igne: & signa æqualitatis, in quibus æquantur nox & dies, conueniunt ueritati & ueridictioni, & eis qui operātur cum lancibus: & signa mutabilitia, & sunt illa in quibus incipiunt mutari nox & dies, conueniunt mutationi: & ei qui uult permutationem de re ad rem, & considera ad omne opus quod tu uis incipere, quæ sit natura illius signi ex orbibus, & coniuge Lunam & dominū ascendētis cum illa substantia, & radix illius naturæ, & uirtus cū illa hora, scilicet hora inceptionis. Quod si uis illud quod est ex parte dominorū & principum, & magnatum, & præpositorum super ciuitates, & spectabilium & dominorum, pugnæ & languorum, tunc tibi est per Solem: & quod est ex parte sublimium, tunc tibi est per Iouem: & agricolarum & infimorum, tunc tibi est per Saturnum: & ducum & dominorū pugnarum, tunc tibi est per Martem: & qd est ex parte mulierū, tunc tibi est per Venerē. Emptiones aut & uēditiones, accō-

ZAHLE

tentiones, & res scriptæ, ac negotiationes, sunt Mercurio & in cōmixtione regi-  
narum ex mulieribus & inquisitione eorum, quæ apud illas sunt per Lunam.

*Electio de inceptione alicuius operis, & de decem  
impedimentis Lunæ.*

Cum ergo uolueris aliquid opus incipere, apta ascendens & dominum eius, ac Lunam, & dominū illius rei, & caue ab impedimento Lunæ, sicut dixit Dorothius, & cæteri sapientes in initio operi, & sunt decē modi. Primus modus, ut sit cōbusta infra Solē per 12 gradus, & post ipsum similiter, sed leuius est post ipsum. Secundus, ut sit in gradu descensionis suæ. Tertius, ut sit in oppositione Solis. Quartus, ut sit iuncta malis, aut in lumine quarti aspectus eorum, aut oppositio-  
nis. Quintus, ut sit in Capite uel Cauda, à gradu in 12 gradus, qui est terminus edi-  
plis. Sextus, ut sit in ultimis gradibus signorum, qui sunt termini malorum. Se-  
ptimus, ut sit cadens ab angulis, aut in via cōbusta, quæ est finis Libræ, & initium Scorpionis. & hoc est deterius, qd fit ex vi impedimentis Lunæ, & maximè si fue-  
rit incepio de cōiugio, uel aliquid de rebus mulierū, aut emptio, uel uēditio, seu  
peregrinatio. Octauus, ut sit in septimo signo à domo sua, id est, in Geminis cū  
malo, uel fuerit in oppositione domus suæ, uel non aspiciēs eā. Nonus, ut sit Lu-  
na cursu tardior. & hoc est, qd uocat sapientes similitudinē cursus Saturni, qusq  
sit cursus eius in die minus 12 gradibus. & si effet minus unum minutū, hoc est,  
cum fuerit cursus eius in die minus medio cursu eius in una die qui scribitur in  
canone, id est, in illo libro cursuum. Decimus, quē dixerūt Messahallach, & sa-  
pientes tēporis nostri, est cū fuerit Luna uacua cursu, & apta Lunā pro posse suo,  
& non ponas eam in ascendēte alicui, quia hoc timendū est propter qd accidit  
domino eius ex infirmitatibus in corpore, nisi sit dominus ascendētis, uel fortu-  
na aspiciens gradū ascendentē: quia planeta qui non aspicit domum suā, similis  
est uiro absenti à domo sua, qui nō potest aliquid repellere ab ea, nec prohibere:  
cum uerò aspicerit planeta domū suam, similis est domino domus, qui custodit  
eam. quicunq; enim in domo est, timet eum: & qui foris est, timet uenire ad eam.  
Et si fuerit dominus ascendentis malus, fac eum aspicere ex trino, uel ex sextili  
aspectu, & caue ne ponas Lunam in angulis, cum fuerit impedita, sed ponas for-  
tunas in angulis ascendentis, aut Lunam, cum fuerint duæ fortunæ, aspicientes  
eam ex angulo, & posueris eum in angulis ascendentis, nec cadere facias partem  
fortunæ in omnibus initij uel interrogationib. ab aspectu Lunæ, aut eius cōiun-  
ctiōe, & nō aspicias dominū partis fortune, nec cures, si fuerit pars cadēs ab ascē-  
dente, & si fuerit eadē pars, & si eadē pars aspicerit ascēdēs & Lunā. & stude ut  
ponas dominū ascēdētis cū parte, quia hoc utilius est, & maioris lucrī, & nunq;  
ponas Lunā in secūdo, uel sexto, aut octauo, uel duodecimo ex parte, quia hoc  
horribile est. & constitue ascēdens semper, ac Lunā in omnibus initij in signis  
directæ ascēsionis, quia significat levitatē & profectū: & non ponas eos in signis  
tortuosæ ascēsionis, quia significat inuolutionem & tarditatem. Ascēdens  
quoq; & quartū ab eo, significat quid accidat illi electioni. Aspice ergo fortunas,  
& malos de locis, & fortem ac debilem, & loquere super initio eiusdem rei, &  
finem illius de fortitudine & debilitate. Et Dorothius dixit, Cum uideris Lunā  
impeditā, & affuerit res, quæ omnino debet fieri, & non potest differri, non des  
Lunæ in ascēdētem partem, & fac eam cadere ab ascēdente, & pone in ascē-  
dente fortunam, & conforta ascēdens & dominū eius.

*Signum secundum, siue secunda domus cum suis electionibus, & primō in  
acciendo & accommodando pecuniam.*

**C**Um uolueris eligere horam in acceptione & accōmodatione pecuniae, sit  
Luna in Leone, uel in Pisce, aut in Scorpione, aut Sagittario, uel in Aquari-  
rio, sit cōp deficiens lumine, & fortunæ utræq; sint deficiētes, & aspicientes Lunā  
uel ascēdēs, & sit Mercurius mundus à Marte, & Luna cum Ioue uel Mer-  
curio, & caue ne Luna sit impedita ab aliquo malorum, nec sit Mercurius iunctus  
eis, uel in quarto aspectu eorum, nec sint fortunæ cadentes, quia si fuerit Luna  
cum

cū Marte, cadet in labore, & sollicitudine, & negotiatioē, & asperitate. Et si fuerit impedita à Saturno, uel cadet in prolongatione & dilatione, & exhibit post distinctionem & fatigationem. Si autē uolueris occultare ipsam accōmodationem, ut nullus possit p̄cipere, sit Luna, dū hanc acceperis, uel petieris, sub radijs solis, iens ad cōiunctionē fortunarū post separationē eius à Sole. hoc enim leuius omnino est eius, & nō publicaberis. nā si fuerit Luna in exitu eius, à cōbustione egrediēs ad coniunctionem Martis, publicabitur hoc, & cades in ora hominū, & in ora eorū, quos nō uis ut hoc sciāt. Et caue ne sit Luna in circulo signorum absq; latitudine, id est, in Capite uel Cauda, uel in uia combusta, quia hoc horribile est. & dixit Dorothius. Non accipias accōmodatum, nec accōmodes alicui aliquid, dū fuerit Luna in primo gradu Leonis, aut Geminorum, uel Sagittarij, uel fuerint hæc signa ascendēta, quia hoc odibile est accommodationi propriæ. Scito hoc.

*Electio in participatione cum aliquo de substantia uel aliquo opere.*

Et si uolueris participare cum aliquo in substantia uel opere, melius est ad hoc, ut sit Luna munda à malis, & iuncta fortunis, & sit in signis cōmunitibus ut multiplicetur eorū lucrū, aut sit Luna in Leone, uel in Tauro: & horrendum est illis, ut sit Luna in signis inferioribus. & deterior cæteris est Libra, quia est in ea uia combusta. Similiter horrendus est Aquarius, & sit Luna recepta ex trino uel sextili aspectu, ut sit bona eorum separatio: quia in quarto aspectu & oppositione erit inter eos locutio, id est, rixa in separatione. Aspectus quoq; dilectionis significat bonitatem seu honestatē separationis eorum, & fidelitatem ac benevolentiam eorum. Et caue à præsentia malorum in angulis, quia ascendens est incipiētis participationē ex eis, uel eius qui fuerit majoris ætatis. Septimum uerò est particeps alterius: & decimū significat quod erit inter eos, & multitudinē uel paucitatē lucri: à quarto uerò scitur exitus rei eorum. Et caue ne dominus ascendētis nō aspiciat ascendēs, aut dñs domus Lunæ non aspiciat Lunam: quia cum fuerit ita, deludet unusquisq; eorum sōcium suum, & deteriorabitur eorū res in separatione.

*Electio pro substantia mittenda ut lucretur ex ea.*

Et si uolueris mittere substantiam, quærens lucrum eius, apta Lunā & Mercuriū, & dominum domus substantiæ, necnō & dominū gradus domus fiduciæ, & sit Luna iuncta Mercurio, facq; cadere Martē ab utrīq; prout potueris. apta quoq; Mercurium, & purga eum à uitijs. Si autem fuerit Mercurius retrogradus, apta Lunam & gradum, & dominū domus fiduciæ, ac dominum eorum, & fac cadere Mercurium à lumine Martis: & non facias eum cadere ab aspectu Veneris, & à domino undecimi. Et sit fiducia tua semper in directione substantiæ, & inquisitione lucri super Mercurium & Lunam, & gradum domus fiduciæ ac dominos eorum, & fac cadere Martem, & lumen eius ab eis.

*Electio pro emendo & uendendo.*

Et si uolueris eligere horam emptionis, apta partē fortunæ, & sit in domibus Iouis iuncta fortunis, quia hoc melius erit ementi quām uendenti. Et Luna cum fuerit in signis directæ ascensionis, augmentata lumine & numero, ac iuncta fortunis, quicquid emerit in eadem hora, amittet in eo dominus eius: & melius est hoc ementi, quām uendenti. Sitq; Mars cadens à Luna & Mercurio, quia Mars in uenditione & emptione impedit, & ipse est qui significat laborem & contentionem. Similiter & Cauda, fac eam cadere à Luna proprie, & est infra Martem. Et si uolueris uendere, pone Lunam in exaltatione sua uel triplicitate, separatam à fortunis, & aspicientem malos, sed non sit eis iuncta.

*Electio in operibus alchimie.*

Et si uolueris operari alchimiam, uel opus quod uolueris iterare, fiat hoc, & sit Luna in signis cōmunitibus, mūda à malis, & sit ascendēs similiter. apta ergo eos. Et si fuerit opus tuum in auro, conforta Solem, & apta eum in inceptione eius.

*Signum tertium, siue tertia domus, cum suis electionibus.*

**E**T quicquid in signo tertio de electionibus ceciderit, pars eius in nono, & pars altera in domo amicorum, tunc dicemus id, si Deus uoluerit.

*Signum*

*Signum quartum, siue quarta domus, & quicquid est in eo ex electionibus,  
& primò pro domo ædificanda.*

**C**VM uolueris eligere ut ædifices domum, apta Lunam & dominum eius, & gradum ascendentis, & dominum eius, partem quoq; fortunæ, ac Mercurium, & fac Martē cadere ab his significatoribus, quos nominaui tibi, & nunquam des ei partem in aliquo de ædificijs domorum: & si non potest fieri, quin habeat partem, pone Venerem fortem in loco suo, & non pones ei fortitudinem super Martem, & iunge eam sibi ex trino uel sextili aspectu: quia Mars non impedit rem Veneris, præ multitudine amicitatis eius erga eum, & fac cadere Saturnum à Venere pro posse tuo, propter inimicitatē eius, cum Marte & cum Luna, cum se aspexerint ex dilectione. & sit Luna augmentata lumine ac numero, & iuncta Ioui ex quarto aspectu, quia melius est quam de oppositione, & hoc significat pulchritudinē ædificij, & eius perfectionem. Et caue, ne sit Luna cum Saturno uel Cauda, aut sit Saturnus in ascidente uel quarto: quia hoc significat tarditatem & duritiam in opere, & quia nō ergetur: uel quod si erectum fuerit, uel fuerit habitatum, non cessabunt habitatores eius pati in eo timores, & infirmitates, ac labores, & tribulationes à morte, & scindetur ædificium, & forsitan cadet. Et si aspexerit eum Mars, & fuerit ascendens in circulo augis, uel breui timetur super eum combustio & casus, & sit Luna tunc augmentata lumine, quia erit tunc utile domino suo. Sitq; dominus domus Lunæ aspiciens eum. Similiter dominus ascendentis sit aspiciens ascendens, & ipsi mundi à malis: quia si non aspexit, non morabitur in eo dominus eius.

*Electio pro destruenda domo.*

Et cum uolueris destruere domum, sit hoc, cum descendit Luna in circulo suo, fueritq; separata à malis, & iuncta fortunis: sitq; ipsa fortuna orientalis, aut ascendens directa, uel iungatur Luna domino domus suæ ex dilectione, id est, ex trino uel ex sextili aspectu, ut sit levior eius destructio, in quarto uero aspectu, uel oppositione, grauior erit illis destructio.

*Electio in emendo terram, aut eam locando, ut accipias redditus ex ea.*

Et si uolueris emere terras, & intrare cum aliquo in eis, aut uolueris habere terram, ut accipias redditus eius ab aliquo, sit Saturnus in exaltatione sua, aut in triplicitate, uel termino suo, sitq; Iupiter in aspectu eius ex angulo uel trino aspectu, & fac cadere Martem ab eis, & sit Luna in initio mensis, aspiciens Saturnū ex dilectione, augmentata numero, in aspectuq; Iouis. hæc enim significat populationem illius terræ, & eius redditus. Quod si aspectum Iouis cum Saturno habere nequiveris, pone Venerem in loco Iouis, & fortunabis signa aquatica: quia cum fortunabis ea cum fortunis, erūt meliora signis aereis. & sit Luna in exaltatione sua, uel in medio cœli, & dominus ascendentis aspiciens eam: Luna quoq; & ascendens, sint mundi à malis & à uitijis.

*Electio in deducendo fontem, uel puteum fodiendo.*

Cumq; uolueris deducere flumē, uel fodere puteum, uel canales, sit hoc, cum Saturnus fuerit orientalis, & Luna sub terra in tertio uel quinto, liber à malis, fortunata atq; recepta, & caue ne sit aliquis malorum in medio cœli: quia timendum est tūc, ne puteus ruat, uel canalis, aut defluat flumen. sitq; Saturnus in undecimo ab ascidente, & Luna iungat fortunæ in signo fixo, ascendens in circulo est melior fortunis, & Iupiter. Quod si hoc nequiveris facere, pone fortunas in medio cœli, quia in hoc durabilius est flumē, & stabilius canale, uel puteus.

*Electio in plantandis arboribus.*

Et si uolueris plantare palmas, & ficolneas, & cæteras arbores, sit hoc, cum Luna fuerit in signo fixo, & dominus domus eius aspexerit eā ex signis aquaticis, sitq; ascendens signum fixum aut cōmune, & dñs ascendētis ascendens ac orientalis: quia si fuerit ascendens, & nō fuerit orientalis, nascentur citius. Sed fructificandi faciet dilationē: & si fuerit orientalis descendens, nascentē tardē, & fructificabuntu

buntur cito, & si fuerit occidentalis descendens, tardabit tunc ortus, scilicet eorum ac fructus, & sit dominus ascendentis, & dominus domus Lunæ aspiciens eos, ipsi sint liberi à malis, & à combustione.

## Electio in seminando semen.

Et cum uolueris seminare semen, quod ultrà uolueris exercere, sit ascendens signum commune, & dominus eius in signo mobili, aspiciens dominum domus sue, & ipse liber à malis: quia si aspicerit eum malus, inueniet ipsum semen impedatum. Sit ergo Luna augmentata lumine & numero: quia si fuerit Luna sub radis, & fuerit deficiens lumine & numero, ipsum semen abibit, & non nascetur ex eo aliquid: & si fuerit, sicut prædicti tibi, Luna augmentata numero, nascetur illud semen rarum secundum quantitatē illius quod lenatur.

Signum quintum, siue sexta domus cum suis electionibus, & primo in generando filium masculum uel foeminam.

**C**Vm uolueris eligere horam coniungendi, id est, cum uolueris iungī uxori tuae, ut generes filium masculum, sit ascendens & dominus eius ac Luna, & dominus domus filiorum in signis masculinis, aut in quarta parte circuli masculina, hora coniunctionis, & non ponas in ascendentे eadem hora, nec in signo filiorum, nisi planeram masculinum. Et si uis ut sit foemina, sint isti significatores in signis foemininis, & in parte circuli foemina. Quod si hoc non poteris facere, & fuerint diuersi isti significatores, id est, si quidam eorum fuerint in signis masculiniis, quidam uero in foeminiis participetur dominus horæ, & recepta Lunæ eis qui fuerint plus testimoniu in signis masculiniis, si uolueris hoc & in parte masculina, & erit filius secundum hoc.

## Electio in educendo partum mortuum de utero.

Et si mortuus fuerit filius in utero, & uolueris educere eum, sit hoc cum Luna fuerit deficiens lumine & numero, descendens à cingulo signorum ad signum septimum, id est, à medio coeli ad septimum, aspiciens fortunas à trino uel à quarto aspectu cum aspectu Martis: & eo amplius ac melius ac dignius, si fuerit signum Lunæ, & ascendens de signis foeminiis, quae sunt directæ ascensionis, & non sit in signis tortuosis.

Electio, si uolueris filium tradere discipline, uel mitttere ad locum, in quo doceatur aliquod magisterium.

Et si uolueris filium tradere discipline, uel uolueris eum mittere ad locum in quo doceatur aliquod magisterium, uel ministerium, sit electio tua ad hoc, & Luna aspiciens Mercurium, & ipsi sint liberi à malis, & sit ascendens Gemini uel Virgo: sit Mercurius orientalis ascendens, & non sit descendens, nec retrogradus, nec in statione sua prima, nec in descensione sua, nec sit impeditus, & sit dominus domus Mercurii similiter, & non ponas lunam descendenter, ac lumine deficientem, quia tardare facit disciplinam, & sint domini domorum eorum aspicientes eos.

Signum sextum, siue sexta domus cum suis electionibus, & primo in expellendo diabulos, et phantasma de aliquo loco.

**C**Vm fuerit in aliquo loco uel domo aliqua diabolus, uel infestatio malorum habitantium, uel secuta fuerit eam aliqua res terribilis, quae fuerit timenda, uel aliquod phantasma apparet, & uolueris remouere eum à loco suo, aut ab aliquo homine per carmen, aut aliqua inquisitione uel ingenio, caue ne sit Luna uel ascendens in aliquo horum signorum, in Leone scilicet, & Cancro, in Scorpione, & Aquario: sed sit Luna in ceteris extra hoc, separata à malis, & functa fortunis.

Electio in accipiendo medicinam, uel applicando emplastrum, uel quocunque aliud medicamen, et cuicunque membro.

Et cum uolueris eligere ad capiendam medicinam ad eos qui fuerint mali, id est, qui spasmantur, uel ad capiendam medicinam ad dolorē ventris, uel emplastrū facere, sit hoc cum ascendens fuerit Libra, uel Luna in ea iuncta fortunis, & non pones aliquem malorum in angulis Lunæ, quod si non poterit fieri, quin hoc fiat,

fiat, sit hoc ex trino uel sextili aspectu, absq; oppositione, & absq; projectione  
 duorum radiorum ex quarto, uel ingressu sub radijs: quia si ita fuerit, faciet dolo-  
 Capitis. rem & impedimentum. Si autem uolueris curam capitatis, & quicquid descēdit ab  
 eo, ueluti gargarismum aut uomitum, sit ascendens Aries, aut Luna in Ariete uel  
 Tauro, & sit Luna deficiens lumine, & iuncta fortunis, & caue ab aspectu Solis  
 ex quarto aspectu uel oppositione, in Ariete propriè propter calorem Solis. Ad  
 medicinas autem, que projiciuntur in nares, ut suffumigationes & sternutamēta  
 &c. sit hoc cum Luna fuerit in Leone uel Virgine, iuncta fortunis, & non sit iun-  
 cta malis, necq; planetæ retrogrado, necq; impedito. Et si uolueris curam corporis,  
 manuum scilicet ac pedum, sit ascendens Capricornus, aut Piscis, uel Aquarius,  
 uel Luna in eis iuncta fortunis. Et si uolueris curā alicuius morbi antiqui, sit ele-  
 ctio tua ad hoc agendū, cum Luna fuerit in Tauro & eius triplicitate, & melior  
 illa est Taurus, quia est ex morbis terræ: sitq; Luna munda à malis, & sint fortu-  
 næ in angulis Lunæ ex Tauro: eritq; fortius ac melius, ut recedat antiqua infir-  
 mitas, & nō reuertatur ad eū qui eam patitur. & caue ne iungatur Luna Saturno  
 propriè, quia significat prolongationē infirmitatis. Et dixit Messahalach: Aspice  
 in omni curatione, quem uolueris ad locum infirmitatis in corpore. quod si fue-  
 rit in parte capitatis, aut gutturis, ac pectoris, cura eam cum fuerit Luna in Ariete  
 & Tauro, ac Geminis, que est pars superiorū: & si fuerit in parte uentris & inte-  
 rius in pectine, cura eam, cum Luna fuerit in Cācro, & Leone, & Virgine. Si ue-  
 rò fuerit morbus in parte inferiori in ano scilicet, & in parte inferiori corporis: cu-  
 ra eum cum Luna fuerit in Libra & Scorpione, ac Sagittario: & sit Luna iuncta  
 fortunis, aucta lumine & numero. Et si fuerit morbus à genu & infra usq; ad pe-  
 dum, cura eum cum fuerit Luna in Capricorno, & Aquario, & Pisces. & dictū est  
 etiam, quod omnis dolor qui fuerit à capite usq; ad pecten, debet curari, cum Lu-  
 na fuerit inter angulū terræ & medium cœlum, ascendens scilicet ab angulo terræ  
 usq; ad medium cœlum, per hanc partem circuli. Et si fuerit à pectine in inferiorē  
 partem pedum, curabis eum, cum Luna fuerit inter decimum angulum terræ à  
 decimo, scilicet descendens ad angulum terræ, quæ est pars inferioris circuli, & sit  
 ascendens fortunatū. quod si sic fuerit, significat quod sanetur & proficiat. Et si in  
 oculo fuerit aliqua uesica, uel aliqua res, & necesse fuerit, ut cōtingatur ferro, uel  
 scarificetur, fuerit quoq; super eū coopertoriū, aut fuerit in aliquo loco corporis,  
 cui necesse sit, ut contingatur ferro, ut abscisio uenae &c. sit hoc cum Luna fuerit  
 aucta lumine & numero, nisi in minutiōne cū uentosis: quia tunc pones Lunam  
 deficientē lumine, & numero iunctam fortunis, & sit Iupiter super terrā in ascen-  
 dente super terram, uel 11, aut in 10, uel 9. & caue à coniunctione eius cum Marte,  
 cum fuerit Luna aucta lumine & numero. Si autē nequiuieris ponere Iouem in  
 his locis, sit aspiciens ascendens, & caue ne Luna sit & ascendens in signis fixis &  
 Geminis cōmixta Marti, id est, habens cum Marte aliquam communionem: &  
 caue tunc in ortu Lunæ, hoc est, quando transit Luna Solem per 12 gradus, simi-  
 liter in præuentione: aut nō sit Mars in ascendēte, quando hoc acciderit: & simi-  
 liter Saturnus, nīl sit in initio mēsis. & sit Luna aucta lumine & numero, quia si  
 abscederis aliquid à corpore, aut perforaueris, putrefiēt, & minutio uel perfora-  
 tio nō proficiat patiēti infirmitatē. Et nō absidas uenā, nec eradicē dentē, Luna  
 in signo mobili uel cōmuni, nisi sit Luna munda à malis, aut fuerit fortuna fortis  
 cū Luna, uel iungatur ei Luna ex trino uel sextili aspectu. Dolores autē qui fue-  
 rint in oculis, & quæ contingunt eis ut flegmon & albedo, & cæterē infirmitates  
 quæ curantur ferro, sit hoc in augmentatione Lunæ & eius numeri, secundum  
 quod dixi tibi ante hoc capitulum, & sit Luna munda à Marte in curatione  
 oculi propriè: quod si aspicerit, abstineas in hoc. Si uero Saturnus aspicerit,  
 tūc si Luna fuerit aucta lumine & numero in initio mēsis, nō impedit: cum autē  
 remotus fuerit à præuentione, fac Lunam aspicere Martem, ex trino aspectu, &  
 ipsa sit iuncta fortunæ, & non des Marti fortitudinē in aliqua curatione oculorū,  
 quia sapientes cōuenerunt super impedimentū Martis in capite: & dixerūt etiā,  
 omne

omne quod curatur cum ferro, aspice potestatem eius ex corpore: & non ponas Lunam, nec ascendens in hoc signo, nec contingas aliquid cum ferro, cum Luna fuerit in signo communi, nec in signo mobili.

*Electio in radendo caput, cum medicamine.*

Cum uolueris radere caput cum annora, id est, cum quodam medicaminis genere auferre capillos, aut cætera, sit hoc, cum Luna fuerit in signis fœmininis, deficiens lumine. Quod si nequiuieris hoc facere, non ponas eam in signis pilosiss, ut est Aries & Leo, & cætera ex signis bestialibus: sitq; dominus ascendentis descendens à medio cœli ad angulum terræ.

*Electio in emptione seruorum.*

Et cum uolueris emptionem seruorum facere, caue ne iungatur Luna malis, aut sit sub terra malus, aut sit in signo mobili: quia significat, quod erit seruus ille infidelis domino, & non erit in uno esse stabilis, aut erit fugitiuus, si fuerit Luna separata à malis, & iungatur fortunis, & ipsa in Libra erit hoc utile præter Librā, quæ est ad hoc utilior. In signis autem fixis erit patiens ac sustinens, & honoratus à domino suo, præter Scorpionem: quia erit tunc susurro & accusator, ac uero debilis. In Leone erit cupidus & propter ingluuiem uentris accidet ei dolor uentris, & erit latro. & sit Luna in signis communibus: quia hoc erit laudabile, præter Piscem: quia cogitabit in animo suo proditionem & infidelitatem erga dominos suos, & detrahet eis, ubi non fuerint. Et time coniunctionem Lunæ cum malis: quia cum iuncta fuerit malis, significat quod seruus uendatur.

*Quæstio de danda ingenuitate.*

Et cum uolueris seruum ingenuum, caue à presentia Lunæ in signo 12, sicut est in libro quinto Dorothei. Et cum uolueris ingenuum liberum reddere seruum, sit hoc, cum Luna fuerit munda à uitis, aucta lumine & numero, & iuncta fortunis. sitq; ipsa fortuna orientalis aucta: quia si fuerit occidentalis aucta, inueniet bonum: sed accident ei dolores, & non cessabit deficere, donec moriatur. In augmento uerò luminis Lunæ, erit Saturnus in corpore & in augmentatione numeri, significabit inuentionem substantiae, & sint Sol & signum mediū cœli mundi à malis: quia si fuerint impediti, inueniet dominus aliquod impedimentū secundū natūrā signi. et sit hora liberationis, cū luminaria se aspexerint ex trino uel sextili aspetto, ut sit concordia ac dilectio inter seruum & dominū, & inueniet ab eo bonū. Nā quartus aspectus medius est, & aspectus oppositionis significat, quod seruus contendit cum domino suo: & qui fecerit seruum ingenuum, cum Luna fuerit imperita, melior erit ei seruitus, quam ipsa libertas. pone ergo Lunam in signis fixis,

*Signum septimum, siue septima domus, cum suis electionibus: & primò de coniugio.*

**C**Vm uolueris electionem coniugij, caue ne sit Luna in 12, & caue ne sit in signis, quæ non sunt utilia ad hoc: quæ sunt, Aries, Cancer, Libra, Capricornus, Aquarius. & caue à signis, in quibus fuerint mali, & cauda. Cū uolueris firmare mulierem, sit hoc, cum Luna fuerit iuncta fortunis, & fuerit in signo mobili, cunctisq; illis melius est signum Libræ, & caue in firmatione, ne sit Luna in signo fixo: in coiunctione autē, id est, quando ingreditur quis ad uxorem, ut utatur cū ea, caue ne sit in signo mobili, neq; in cōmuni: sed sit hoc, cū Luna & ascendens fuerint in signo fixo: & meliora ceteris sunt, Leo & Taurus. Scorpio uerò & Aquarius mulieri sunt utilia: & medietas Tauri melior est in initio eius, quam in fine: medietas uerò Geminorū prima deterior est, & finis est bonus. Aries quoq; & Cancer sunt mali. Leo uerò laudabilis: nisi quod unusquisq; eorū non cessabit destruere substatiām socij sui: & Virgo utilis est mulieri, quæ iam fuit nupta, uirgini autē non. Libra quoq; mala est. initium Scorpionis utile est, & finis eius malus: quia significat quod societas illorum non prolongabitur. Sagittarius quoq; malus est, & similiter initium Capricorni: medietas eius ac finis bonus est. Aquarius quoq; malus est, & Piscis similiter: nullaq; utilitas est in coniugio, cum Venus aspexerit malos: sitq; hoc coiugium, cum Venus fuerit in domibus fortunatum, & terminis earum iuncta domino domus suæ: si autem fuerit malus dominus

nus domus suæ, sit separata ab eo, & sit Iupiter eleuatus super eam, aut iungatur propterea Venus ex trino aspectu: sitq; Luna & Iupiter, ac Venus aspiciëtes se inuicem ex trino uel sextili aspectu, hisq; melior est aspectus trinus, & maximè triplicitas aquæ, & sit Luna aucta lumine & numero, libera à malis, & sit Venus semper in exaltatione sua aut triplicitate, uel gaudio suo, aut in coniunctione Iouis uel Mercurij, & Mercurius fortunatus ac fortis. Similiter apta Solem, sicut prædictimus tibi, quia ex Sole et ascendente scitur esse viri, & ex Venere, & Luna, & signo septimo scitur esse mulieris. caue ergo ab aspectu malorum ad eos ex coniunctione uel quarto aspectu, aut ab oppositione. Et si fuerit mulier nupta, sit Luna in signis communibus, & opus secundū quod prædixi tibi, & sit ascendens hora coniugij ex signis quæ prædixi tibi, aut sit Luna in his, & non ponas aliquem malorū in ascendentे, nec aspiciat eum ex inimicitate, sitq; aliqua fortunaru in medio coeli, & dixit Dorotheus. Quia tunc tribuetur eis filius in eodem anno, quo iunguntur. quod si fuerit in gradu mediū coeli fortuna, prægnabitur mulier in prima coniunctione.

## Electio in exitu ad bellum.

Scientia horarum exitus ad bellum, oportet ut ponas ascendens aliquam dormitorum planetarum altiorū, quarū fortior est domus Martis, cum fuerit in sextili uel trino aspectu ascendentis, & sit dominus ascendentis in ascendentē uel in un decimo, & caue à quarto, sexto, septimo, & octauo ac nono, & non sit cōbusitus, uel cadens, aut iungatur planetæ cadenti, qui non recipit eum, & fac dominum ascendentis iungi domino septimi, aut pone eum in ascendentē, uel in secundo cum Marte. Et si uolueris ut iungātur, fac eos cōiungi in angulis, ut sibi obuiēt, & cadet inter eos bellum: & pone contra Martē fortunā habentē in ascendentē partem, ut probibeat eum ab ascendentē. Et non eas ad bellū, nisi sit Mars in aspectu amicitie cum domino ascendentis, aut sit ipse dominus ascendentis, & sit fortis in bono loco, & non impeditus, neq; combustus: & sit in signis directæ ascensionis: & caue ne ponas eum, nisi in haiz ascendentis, ut sit eius auxiliū erga eum, quem mittis ad bellum. apta quoq; Lunam, dum milites mittis ad bellum, quia liberabuntur iussu dei. apta etiam secundū, & dominum eius ad milites incipientis, & octauo ac dominum eius ad milites inimici. & non ponas dominum octauī in septimo, nec in octauo: sed pone dominum octauī in secundo uel in undecimo. & pone partem fortunæ, & dominum eius in ascendentē, uel in secundo, & nō ponas eos in octauo & septimo, nō ponas ascendens ac dominum eius impeditos, cum incepéris hanc rē, similiter dignitatem duodecimæ Lunæ: quia necesse est in re belli, aptare stellas belli, id est, Martē ac Mercuriū: Lunam quoq; & dominū eius domus. Aspice ergo in aptatione horū, & nō negligas in hoc, nec tradas eos obliuioni. Et scito, quia cū utroq; exercitus sapiēter produxeris ad bellum, sicut prædixi, adipiscetur uictoriā ipse, qui ex eis natus fuerit in nocte, in cuius nativitate habuerit Mars partem: quia Mars est dominus bellorum, & illi commissa sunt bella, & fortassis pacificabuntur, uel dimittēt bellum, id est, cum bonus fuerit locus exitus eorum ad bellum.

## Electio in emendo, uel mutuo accipiendo aut restituendo instrumenta belli, &amp; in destruendo aliquem locum uel instrumentum aliquod.

Et cum uolueris emere arma & instrumenta belli, sit hoc cū Mars fuerit in domo sua, aut in exaltatione uel triplicitate sua in fine mensis: quia sapientes cauēt, ne sit Luna in initio mensis cum Marte, & in fine eius est utilius. Et si uolueris diruere caltra tua, sit inceptio, cum fuerit Mars infortunatus, non habens fortitudinem. Et cum uolueris aliquod instrumentum belli destruere, incipe hoc, cum fuerit Mercurius impeditus, & absq; fortitudine. & cum uolueris destruere terram, incipe cum fuerit Luna infortunata, non habens fortitudinem: & cum uolueris destruere oppositionem belli, sit hoc, cum Mars fuerit impeditus, & absq; fortitudine. & cum uolueris destruere locum idolorum, & locum in quo orator, sit hoc, cum Venus fuerit impedita, & absq; fortitudine.

Signum

*Signum octauum, siue octaua domus, cum suis electionibus.*

**C**Vm aliquis homo uoluerit disponere, uel aliquid commendare, non incipiat hoc, cum ascendens ac signum Lunæ fuerint mobilia: quia hoc significat, quod ipsa commendatio annuletur: commendetur autem, cum Luna fuerit deficitus numero: & aucta lumine, & nō iūgatur Luna planetæ sub radijs, quia hoc significat celeritatem mortis: & eo callidius, cum fuerit Luna cum Marte, uel in eius quarto, uel in eius opposito: aut fuerit Mars in ascendentे, aut aspicias eum ex inimicitate, quia hoc significat, quod ipsa commendatio nō annuletur. & morietur infirmus ex eadem infirmitate, & nō perficietur ipsa commendatio post mortem eius. et cum fuerit Saturnus cum Luna similiter in ascendentे, uita ipsius uiri prolongabitur, & perficietur ipsa commendatio post eum, & non annullabitur in uita eius, neq; post mortem ipsius. Et si fuerint Iupiter & Venus simili modo à Luna & ascendentе dominus illius commendationis, finiet uitam suam, & sequetur commendatio.

*Signum nonum, siue nona domus cum suis electionibus: & primò de peregrinationibus.*

**N**ON dimittas dirigere peregrinationes super natuitatem eorū, super ascensiones scilicet omnis natuitatis, & eius angulorum: & sit Luna in ascendentе eius, uel in medio cœli illius. Et apta dominum rei quem petis, & apta dominū anni, scilicet signi profectionis, & dominum ascendentis radicis atq; anni scilicet reuoluti. quod si ignoraueris quod dixi, aspice sibi ei qui uenerit tibi à domino rei, quæ petitur ubi sit locus eius à domino ascendentis. post hoc indica ei horā, eius natuitati, uel interrogatione consimilē. hoc est, non ponas ascēdens interrogationis, & dominum eius cadentem ab ascendentе eius recessionis. Sitq; ascēdens recessionis 10. ascēdens interrogationis, uel natuitatis, si petieris regnū. Et si petieris negotiationē 11. ab ascēdēte interrogationis. Similiter in omni re quam quæsieris, pone ipsum signū ei ascēdens, sitq; Luna in angulis & in succedentibus angulorū. Et si fuerit libera à malis, sit aspiciēs ad ascēdens. Si uerò impedita fuerit, fac eam cadere ab ascēdēte, & sit dominus ascēdentis, & dominus domus Lunę in angulis, & Luna aspiciat dominū domus suā. Et caue ne ponas Lunā cū malis, aut in aspectu malorum ex quarto aspectu uel oppositione: quia aspectus malorum ad ascēdētes leuior est aspectu eorū ad Lunā in peregrinatione prime, quia coiunctiones cū Marte in initio mēsis, significat latronē uel ignē. & caue ne ponas Lunā in quarto semper, sed pone eā in quinto: quia si fuerit in hoc loco fortunata, erit minus ad labore illius peregrinationis, & magnū proficuum rebus eius: & plus ad profectū illius, minus quoq; ad solutionē corporis illius: & leuius ad eius iter, & plus ad saluationē eius, quod cū ipso fuerit, atq; profectū, horribilis est præsentia etiā Lunæ in ascēdente, in introitu, atq; exitu: quia timetur peregrinanti infirmitas in suo itinere, uel grauis labor in corpore. Si autem fuerit ad regē, pone Lunam iunctā Soli, uel domino mediū cœli, ex trino uel sextili aspectu, & sit Sol in bono loco in ascēdente, uel in 11. uel in 10. quia si fuerit ita, inueniet ex eo bonum. Et si fuerit in 9. aut in 3. & 5. significat labore, & modicū profectū. Similiter angulus occidentalis & quartus, significat paucitatē boni cum labore & tarditate. Et si petieris nobiles, & iudices, uel sectarū auctores, id est, episcopos, & cæteros tales: sit coniunctio Lunæ cum Iove ex angulis, aut in loco bono ab ascēdente. Si uerò fuerit exitus tuus ad actores præliorum, sit coniunctio Lunæ cum Marte ex trino uel sextili aspectu, & caue ab eius coniunctione, & ab angulis, & sit in haiz in sequentib. angulorū. Et si fuerit exitus tuus ad eos qui sunt perfectæ ætatis, uel ad ignobiles, sit eius coiunctio cū Saturno ex amicitia, & sit Saturnus in succedentibus angulorū. Si uerò fuerit exitus tuus ad mulieres, iunge Lunā Veneri, & sit in signo masculino: & si potueris, ut sit in locis quæ prædixi tibi ad participationem, fac. Et si fuerit exitus tuus ad scriptores, & mercatores, ac sapientes, sit coniunctio cū Mercurio, & caue ne sit Mercurius tunc sub radijs, aut retrogradus, aut aspiciat eum malū: quia quotiēs fuerit stella, cui iungitur Luna uel planeta, qui fuerit in opposito ascēdentiis, aut domi-

nus 7. tardus uel retrogradus, uel impeditus, significat in uolutione aut duritiam in ipsis modis. Si autem fuerit peregrinatio in aqua, sit Luna in signis aquæ, à malis libera, & ascendens exitus, & non sit cum Saturno. Et caue in peregrinatione aquæ à coniunctione Lunæ cum Saturno ex angulo: & caue à Saturno, ne sit in signo aquæ, & ne sit fixus in ascendente exitus, aut cum Luna. quod si non potest fieri, quin ita sit Luna iuncta fortunæ, uel in aspectu eius ex trino uel sextili aspectu, aut ex angulo, ut auferat malignitatē Saturni, ex naufragio aut impedimento, uel tempestate graui, in equitatione etiam maris, non ponas luminaria impedita, quia si fuerit apta & salua à malis. Et si non fuerit fortunata à fortunis, significat salutem & prosperitatē. Si uero impedita fuerit, erit ipse uir mortuus uel perditus in peregrinatione sua, & non equites mare. Cum Luna fuerit interlunio Saturni, quia hoc horribile est. Si autem equitaueris mare propter negociationem, apta Mercurium & Lunam propriè, & sit aspiciens Iouem ex Cancro uel Pisce. Nam Scorpio horribilis est in equitatione maris propter locum Martis & eius inimicitia erga equitantes mare. Et timet terminos malorum in equitatione maris, quia in equitatione litoris minus impedimenti est, quam in equitatione mari. Et si fuerit peregrinatio in terra, sit Luna non in signis aquaticis, munda à malis. Et caue ab aspectu Martis in peregrinatione litoris, sicut admonui te cauere à Saturno in equitatione maris. & caue ne sit peregrinatio, qualicunque modo fuerit Luna in Scorpione. Et scito quia saniora sunt signa terrea ei qui uoluerit equitare in terra, & aquatica ei qui uoluerit equitare mare. Et Saturnus maioris impedimenti est in mari: & eo fortius, si non aspicerit Iouem. Et caue à peregrinatione in terra & mari, cum Luna fuerit in ultima parte signi Libræ. Scito hoc totum.

*Electio pro ingressu itinerantis regionem uel ciuitatem.*

Aptatio regionis ad ingressum peregrinatis, & scito quod oportet te, cum uoluenter aptare regionē, ad quam ingredieris, ut aptes secundū ab ascendente, dū ingredieris qualecumque regionē uel ciuitatē uolueris. Et cū hoc feceris, iam aptasti regionē. Et debes aptare ascendēs & dominū eius, & Lunā, ac dominū secūdi, si potueris. Pone ergo eū fortunā, et sit super terrā in nono aut in decimo, uel undēcimo, & nunquam pones eum sub terra in quarto scilicet aut quinto, uel sexto: quia hoc horribile est in peregrinatione, & in omni opere quod petis in ipsa regione. Et sit super terrā, siue fortuna fuerit seu malus, et studet ut sit dominus Luna cū domino secūdi super terrā, & nō ponas sub terra, quia hoc nō est laudabile, nisi sit illud quod petis in ipsa regione res quāvis occultare, ut nō appareat, donec perficiā. Et sit Luna tūc à Sole infra 12. & 15 gradus: & caue ad hoc ut sit Luna, donec egrediā de sub radijs usq; ad tres gradus fortunata. hoc enim melius & laudabilis est omni quo indiges in occultatione: & si petieris regnum in ipsa regione, apta mediū cœli, & dominū eius cū secūdo ab ascēdente & Lunā. Post hoc aspice in peregrinationib. secundū quod dixit Dorotheus. In peregrinatione aquæ locū Lunę in signis. Quod si fuerit in prima facie Arietis, aspicerint uel non aspicerint planetæ, significat facultatē eius rei. Et si fuerit in TAURO, minus erit ei impedimentum Martis. Si autem aspicerit Saturnus, impediet eum, & naufragiū ei faciet. Et in secūda facie Geminorū, significat tarditatē, post hoc salutē: in Câcro autem salutē ex omni impedimentū, in Leone uero dic impedimentū: & eo fortius, si aspicerit malus, et in Virgine dic prosperitatē et tarditatē, atq; reuisionē. et in Libra, cū trāsierit 10 gradus, nō peregrinabis in terra, nec in mari. & in Scorpione dic tristitiae. & in Sagittario dic antequā perficiā iter, reuertatur. & in initio Capricorni aliquātulū boni. & in Aquario dic tarditatē & salutē. & in Pisce dic impedimentū & destructionē. & si aspicerit malus, augebit detrimentū. Si uero fortuna aspicerit, meliorabit impedimentū, et cōfortabit bonū. Scito hoc.

*Signum decimum, siue decima domus, cum suis electionibus, & primo in eundo*

*cum rege ad regionem, cui præst.*

**C**Vm uolueris proficiā cum rege uel principe ad regionem, cui iam præcerit, sit hoc cum Iupiter fuerit in ascēdente, uel in 9, quia hoc significat, quod

quod ille qui uadit, inueniet in itinere illo bonum & gaudium, & uidebit quod sibi placebit: & caue, ne ponas iouem in quarto, quia hoc horribile est: & testifi cetur illi Luna ab aliquo angulorum et Venus. et caue, ne sit Saturnus et Mars in ascendent, uel in aliquo angulorum, aut Venus. non ponas Lunam sub radijs. & caue, ne sit cum Luna uel cum malis, quia in hoc nihil boni est. si enim peregrinatus fuerit, non redibit: & si infirmatus fuerit, morietur: & si abierit ad bellum, interficietur, aut superabitur.

*Electio pro sublimatione ad regnum.*

Et cum uolueris sublimari, & moueri ad regnum, sit hoc cum ascensione Leonis: & sit Sol in TAURO in medio coeli, & sit Luna in ascendent, iuncta fortunis, aut domino medijs coeli.

*Electio pro ponendo regem in sede imperij.*

Et cum uolueris introducere regem in sedem imperij sui, sit ascendens signum fixum & quartum: similiter & dominus medijs coeli liber a malis, & dominus ascendentis in bono loco receptus. & dominus non aspiciat ex inimicitia. & sit Luna aspiciens dominum domus suae ex amicitate. dominus quoque quarti signi aspiciat fortunas. Si autem nequieris, super quod praedixi, sit Luna recepta, & dominus quarti in loco forti, aspiciens fortunas. quod si nequieris, fac eum cadere ab ascendent, & aspectu eius, & pone fortunas, aspicientes signum quartum & medium coelum.

*Electio pro faciendo praepositum super redditus.*

Et cum uolueris eligere horam, ut sit praepositus super redditus, sit Luna iuncta Saturno in initio mensis ex amicitate, & sit in domo Saturni & fortunae, aspicientes eum, quia hoc significat stabilitatem, & quod opus sit stabile. sitque medium coeli signum fixum, ut sit opus unum.

*Electio in firmando principatum.*

Et cum uolueris firmare principatum uel ducatum, sit Luna in dominibus Martis fortunata, & sit aspiciens Martem ex dilectione cum fortunis in fine mensis iuncta eis: & eo dignior erit ipsa confirmatione duocatus, quae est infra regnum, cum fuerit Luna munda, & non fuerit in dominibus malorum, nec in Cancro, nisi sit Luna munda in hoc ad dominum bellum, & sit hoc in dominibus Martis. & melior ac utilior illis est Scorpio, propter fortitudinem Martis, & eius stabilitatem in eo.

*Electio pro inimicando regi.*

Et si uolueris inimicari regi, fuerisque tu ipse qui inimicatur, sit hoc, cum fuerit Luna aucta lumine: sintque Luna & ascendens mundi a malis, & dominus ascendentis in loco optimo ab ascendent in aliqua dignitatum suarum directus, & saluus a malis, siue fortuna fuerit, siue malus. & sit dominus septimus in loco malo ab ascendent, non aspiciens fortunam, necque luminaria.

*Electio pro mitigando regem iratum tibi.*

Si uero tibi iratus fuerit uel inimicatus, non appareas ei, nisi cum fuerit Luna deficiens lumine atque ascendens, & dominus eius ac Luna impediti, & sit dominus septimi fortunatus, in bono loco ab ascendent, te ut sit hoc fortius etad res tuas.

*Signum undecimum, siue domus undecima, cum suis electionibus: & primo in faciendo amicitiam.*

**C**VM uolueris amicitiam facere cum aliquo, sit Luna munda ab angulis malorum, & sit dominus aspiciens ascendens ex amicitia, & ponas Lunam iunctam substantiae planetae, quem petieris: ut Venus ad mulieres, & Mercurius ad scriptores & uniuersos circulos, secundum quod ueniet ex hoc.

*Electio in petendo ab aliquo uiro aliquam rem.*

Et cum uolueris petere ab aliquo uiro aliquam rem, sit dominus ascendentis aspiciens ascendens ex amicitate, sitque ascendens signum fixum aut commune, & sit dominus ascendentis in eo, uel in eius triplicitate, aut quarto aspectu. & caue ab oppositione, aut ne Luna sit iuncta malis, aut non aspiciat dominum domus suae. Si autem non aspicerit Luna dominum domus suae, non perficietur ipsa res. Pete ergo semper res, cum fuerit Luna aucta lumine & numero, & dominus

ascendentis directus, & Luna iuncta fortunis. Si autem fuerit directa fortuna, & Luna iuncta fortunis augmentatis, quia augebitur. et caue ne sit Mercurius in malo esse: quia si fuerit impeditus, & ipse fuerit receptus, significat importunitatem uel tristitiam, & duritiam, & reuersionem secundam in petitione. dimitte ergo fœditatem, et pone Lunam iunctam planetam, ad quem perinet res tua, ut Sol pro rege, & Mars pro ducibus & bellatorib. similiter de reliquis dominis circulorū.

*Signum duodecimum, siue domus duodecima, cum suis electionibus: & primo de emendis bestijs.*

**C**VM uolueris emere bestiam, sit hoc cum Luna iuncta fuerit fortunis, & ipsa fuerit directa orientalis, ascendens, & caue coniunctionem malorum, quia tunc timetur de bestia: & si fuerit domita, & iam equitata, eme illam, cum fuerit ascendens signum cōmune, & Luna in signo fixo, præter Aquariū & Scorpiōnem. & sit ille cui iungitur, directus ascendens, ut addat bestia in precio & corpore: quia si fuerit retrogradus ascendens, erit corpore bestiae diminutio, sed augebitur preciū. Et si fuerit directus descendens, erit aucta corpore, & non conuenit ei premium. Si uero indomita fuerit bestia, sit ascendens signum cōmune, & Luna in signo mobili, iuncta fortunę. Post hoc fac sicut prædixi tibi in primo capite.

*Electio de exitu ad uenationem.*

Et si uolueris exire ad uenationem, egredere sub signo communi, & sit dominus 7 deficiens ac descendens, & sit in succedentibus angulorum: quia si fuerit cadens, significat quod euadet uenatio, postquam adeptus fueris eam, & sit Luna in uniuerso exitu ad uenationem, separata à Marte, fortunata, in loco optimo ab ascendentē. & non exeras ad uenationem, cum Luna fuerit in fine signorum, nec uacua cursu, neq; in signo mobili: & caue ne non aspiciat eam dominus dominus suę: quia si aspicerit eam, significabit ei uoluntatem & facilitatem in eadem re, & pone Mercurium mundum à malis in uenatione maris. Si autem uolueris uenationem montis, sit Luna in Ariete, uel eius triplicitate. Si uero fuerit uenatio auium, sit Luna in Geminis & eius triplicitate, iuncta Mercurio, uel separata ab eodem Mercurio, & ipse sit descendens, quia hoc melius est. Et si uolueris uenationem maris, sit hoc & ascendens signum cōmune, & dominus eius in signo aquatrico, & caue ne sit ascendens signum igneum, sitq; Luna aspiciens dominum domus suę. & scito quod impedimentum Lunæ cum Marte in uenatione maris deterius erit, & paucioris profectus. Caue igitur ab impedimento Martis in uenatione maris, & caue ab impedimento Saturni in uenatione littoris. Et scito quod Venus & Luna cum fuerint boni esse, & Mars non impedierit eas in uenatione maris, duplicabit uenatio domino suo, & multiplicabitur, & lucrabitur dominus eius lucrum maximum, & prosperabitur uenatio domino suo. Sit ergo Luna iuncta Veneri, & Mercurius sit cum eis etiam: sed si impeditus fuerit Mercurius à Saturno, non proderit hoc. Et caue ne sit Mars in signo aquatrico, & ne iungatur ei Luna, aut separetur Venus à Marte.

*Electio in fugiendo, & quicquid uolueris occulte facere.*

Sí autem uolueris facere fugā, aut operari opus occultū, & omnis qui uoluerit fugere uel abscondi, sit hoc cum Luna fuerit iuncta fortunis, & separata à malis, & sit Luna iuncta Saturno sub radijs, & sit iuncta fortunis tēpore egressionis suæ de sub radijs. & Luminaria cum orta fuerint super aliquā rem, detegent eam, & apparere eam facient. Caue ergo ab aspectibus eorum in simili modo.

*Electio in querendo fugientem.*

Et cum quæsieris fugientē, sit in hoc Luna iuncta malis, aut egrediat de sub radijs, & occurrat in ipso egressu suo malo ex quarto aspectu, uel oppositione, aut coniunctione, & nō ponas Lunam nec planetam receptorē dispositionis in quarto.

*Electio in scribendo epistolam, et est de electionibus, que non sunt in 12 signis.*

Cum uolueris scribere epistolam, sit hoc cum Luna fuerit iuncta Mercurio, munda à malis, & sit Mercurius fortis, & fortunatus, non retrogradus, nec impeditus, sitq; ipse & Luna mundi à malis.

Messiahallach

# MESSAHALLACH DE RATIONE

CIRCVL I ET STELLARVM, ET QVALITFR  
operantur in hoc seculo. Cap. I.

**V**ia dominus altissimus fecit terram ad similitudinem sphæræ, & fecit circulum altiorem in circuitu eiusdem uolubilē, & posuit terram fixam et immobilem in medio circuli, non declinantem ad dextram, neq; ad sinistram, & posuit quatuor elementa mobilia, & fecit ea moveri per motum septem planetarum. Caput uero draconis, & signa, & uniuersæ stellæ participantur septem planetis in operibus suis atq; naturis. Simile est ergo opus planetarum in hoc mundo lapidi magn etis, & ferro. quia sicut subtrahitur ab hoc lapide ferrum per notam longitudinē: ita omnis creatura & uniuersa quæ sunt super terram, efficiuntur à motu planetarum, & uniuersorum quæ sunt super terram, tam sementum quam animalium. fortuna seu impedimentum, aptatio quoq; uel destructio fit ex motibus planetarum & operibus eorum. cuius rei maxima significatio est diuersitas hominum in esse suo, & in fortunis atq; infortunijs. Et quia uidemus quosdam rationales priuari bonis, quosdam uero stultos bonis perfrui, nunquid hoc non habet aliquam causam significantem? quod fortuna, & infortunia fiant absq; abitrio & uoluntate eorum qui patiuntur, fortunatorum scilicet & infortunatorum, & hoc totum nutu dei est opus planetarum, & eorum fortuna atq; infortunia.

De diuersitate uestigij operis stellarum in plagiis terre. Cap. II.

**S**ccito quod sit planetis opus diuersum, secundum diuersitatem climatū, quia in quibusdam climatibus fiunt quidā planetæ fortunæ, & quidam mali in alio climate diuersis ordinibus, & ideo debet omnis rationalis intelligere rationes climatū atq; regionum. ut regio Aethiopum, apud quam est calor semper: & terra Sclauorum, apud quos est frigus semper. Cumq; significauerint planetæ ciuibus Aethiopiæ frigus superfluu, temperatur eorū aer: & cum hoc significauerit Sclavis, corrūpet eorū aer & peribit eorū habitatio. Et ob hoc necessaria est sciētia rationis climatū & regionū, atq; aerum. Et scito quod sciētia astrorū sit grauis ualde, & quod dignius ex ea sciri potuit, est hoc, omne scilicet uniuersale ac plurale, ut sunt revolutiones annorū, et eclipses, & horū omniū significationes intellege. et hoc non fit, nisi per cognitionem naturarū signorū, & quicquid significat unumquo dī, & ex regionibus & prouincijs, & uniuersis rebus, & iam prædiximus hoc in libris nostris. sed nunc dicamus partem harum rerum breuiter, & modò incipimus cum dei auxilio.

De naturis signorum. Cap. III.

**S**igna sunt 12, in unoquoque signo sunt 30 gradus, & in unoquoque gradu 60 minuta, atque in unoquoque minuto 60 secunde, & sic usque ad quantitatatem puncti, hoc est usque ad infinitum. & haec sunt nomina eorum, Aries, Taurus, & cetera. Et sunt eis significaciones super ignem, & aerem, aquam, & terram. Nam tria ex eis sunt ignea, Aries scilicet, Leo, & Sagittarius. Et tria terrea, Taurus, Virgo, & Capricornus. Et tria aerea, Gemini, Libra, Aquarius. Et tria aquatica, Cancer, Scorpio, & Pisces. Signa enim ignea sunt calida. Et aquatica frigida. Terrea quoq; sunt frigida. Et aeria calida. Et scito quod omnia signa calida sunt masculina & frigida foemina. & omnia masculina sunt diurna, & foemina nocturna. Sunt quoque signorū quatuor mobilia, in quibus scilicet, mouetur tempus, quæ sunt Aries, Cancer, Libra, & Capricornus. Et quatuor fixa, in quibus figuratur tempus, quæ sunt Taurus, Leo, Scorpio, et Aquarius. Quatuor quoq; sunt bicorporeæ siue communia, in quibus uidelicet iunguntur duo tempora, quæ sunt Gemini, Virgo, Sagittarius, & Pisces. Haec sunt naturæ signorum, intellige.

K 4 Dereuolu-

**C**Vm uolueris scire, quid accidat in mundo de pluuijs, & uentis, &c. consti-  
tue ascendens hora introitus Solis in primum punctum Arietis, & consti-  
tue planetas septem ad eadem horam: & facta figura, considera quis eorum prae-  
sit ei. Qui si fuerit fortuna, aptabitur tempus: si uero fuerit malus uel impeditus,  
erit mundus corruptus. Et similiter fac in quartis anni & mensibus eius. Et scito,  
quod planetae, cum plures coniuncti fuerint in signis aquaticis, in reuolutioe anni,  
significabunt multitudinem pluuiarum: & in signis ignis significabunt superfluitatem ca-  
loris, & siccitatis, uel terrae sterilitatis: et in aereis, significabunt multitudinem uento-  
rum: & in terreis significabunt gelu, atque niues: & similiter in quartis anni, cum fue-  
rint planetae in locis frigidis, significabunt grauitatem frigoris, & minutionem  
caloris. Scito quoque, cum praeuerint ei Mars & Saturnus, & non aspexerint eos  
fortunae, significabunt multitudinem guerre, et destructionem mundi: ita etiam,  
cum fuerit Mars dominus quartae aestivalis, & fuerit in aliqua domorum Mercurii,  
significabit multitudinem pluuiarum & pestilientiarum: & scito, quod graui-  
tas siccitatis, & terrae sterilitatis, uel penuria annonae, non fit, nisi ex coniunctio-  
ne planetarum in signis igneis. Intellige hoc, & proba secundum quod dixi  
tibi, & inuenies.

De eclipsi Lunae, &amp; eius significatione.

Cap. V.

**O**Portet te considerare eclipses anni tam lunares quam solares, & scire ascen-  
dens mediae eclipsis, & eum qui praeuerit eidem ascendentem, & eius figu-  
rae: qui si fuerit malus, significabit impedimentum, & destructionem: si uero  
fuerit fortuna, significat aptationem. Et scito, quod eclipsi Lunae cum fuerit in  
signis frigidis, significat grauitatem frigoris: & in aquaticis, nimietatem pluia-  
rum, si adiuuerit tempus, id est, si fuerit hyems. Si uero fuerit aestas, significat  
temperamentum aeris. intellige, & proba sic cetera. Intelligas etiam, quia cum  
fortunae aspexerint Lunam, & receperint eam, erit eius significatio in his quae si-  
gnificauerit super bonum & proficuum.

De mutatione temporum, per mutationem planetarum.

Cap. VI.

**C**Vm uolueris praescire temporis uarietatem super res diuersas mundi corru-  
ptibilis, scito signa planetarum ponderosorum, utrum sint scilicet calida, uel  
frigida: quae si fuerint calida, significabunt calorem in aestate, et temperamentum  
aeris in hyeme. Et si fuerint in signis frigidis, significabunt frigus in hyeme, &  
temperamentum in aestate. Et similiter cum coniuncti fuerint planetae in signis  
aquaticis, significat superflua pluuias, & aeris corruptionem per easdem pluuias  
in hyeme, & temperamentum aeris, ac multitudinem roris in aestate: & secun-  
dum hoc proba, quia non errabis. Planetae autem ponderosi sunt, Saturnus, Iupiter,  
& Mars: debes quoque copulare eis Solem. Scito quod planetae ponderosi denique  
cum fuerint in directo alicuius regionum, significabunt siccitatem, necnon terrae  
sterilitatem: cum uero elongati fuerint ab ea, significant multitudinem pluuiarum.  
Volo intelligi per propinquitatem, cum sint in signis septentrionalibus, & per longitudinem in meridianis. Scito quoque, quod planetae ponderosi,  
cum fuerint omnes orientales, significabunt siccitatem: & cum fuerint occi-  
dentales, significabunt multitudinem pluuiarum in hyeme, & temperamentum  
aeris in aestate. Et similiter in ortu significant aptationem aeris in hyeme, & ni-  
miam siccitatem in aestate.

De eclipsi Solis, &amp; eius significatione.

Cap. VII.

**S**CITO quod in eclipsi Solis non potest fieri, quin significetur aliquod ma-  
gnum accidens secundum quantitatem eclipsis ipsius, hoc est, ut sit ex 4 cor-  
poris, Solis, & supra. Scientia autem eorum quae accidunt, de eclipsi Solis, est ut  
ut scias ascendens mediae eclipsis, & planetas uincentes super figuram eclipsis.  
Quod si fuerint mali, significabunt malum, & detrimentum, & mortem regum,  
atque diuitium. Et si fuerint fortunae, significabunt fortunam & aptationem esse  
rerum.

Planete pon-  
derosi.

rerum. Et scias, quod eclipsis Solis cum fuerit in Ariete, & significabit interitum regnum & diuitum, & siccitatē, sive terrę sterilitatem, atq; famem, & ita in reliquis signis igneis. In aquaticis autē significabit multitudinē pluuiarum, & detrimentum ab eis. intellige quoq; quod fortunae cum aspexerint, minuent malum: mali uero cum aspexerint, amplificabunt illud, & minuent fortunam. Scito etiam, quod cum Sol uel Luna fuerint hylech, uel alcochoden alicuius, & obscuratus fuerit, significabunt ei cuius fuerit hylech, uel alcochoden, periculum magnum, uel infirmitatem grauem, nisi aspexerint fortunae.

*De coniunctione omnium planetarum, & eorum effectu.* Cap. VIII.

**C**Oniunctio planetarum, significat accidentia huius mundi, & eius res, que sic considerantur tempore coniunctionis planetarum altiorum, & inferiorum: quia fortunae significant fortunam, & bonum effectum. Si uicerint, super figuram coniunctionis: si uero mali uicerint, significabunt malum, & effectum malum. Noueris etiam, quia cum coniuncti fuerint in aliquo signorum, significabunt detrimenti multitudinem secundum substantiam eiudem signi. hoc est, si fuerit coiunctio in signis aquaticis, significabit detrimentum pluuiarū, & sic in ceteris signis. Si autē coiuncti fuerint in signis foemininis, significabunt pestilentiam, & mortem foeminini sexus animalium. & idem dicitur de masculinis. Et scito, quod coiunctiones & eclipses luminarium, cum fuerint in signis fixis, significabunt durabilitatem mali, & eius detrimentum. & si fuerint in signis mobilibus, significabunt paucitatem durabilitatis mali, & illius detrimenti. Si uero fuerint in signis communibus, significabunt mediocre malum, & hoc idem dic de bono.

*De coniunctione planetarum superiorum.* Cap. IX.

**S**cito quod res maxime atq; mirandae accidunt ex coniunctione planetarum superiorum, & hoc fit propter tarditatem motus eorum. Cumq; coniuncti fuerint ipsi tres in uno termino uel facie, & aspexerit eos Sol, significabunt destructionem sectarum, & regnorum, & eorum mutationem, & res maximas secundum quantitatem fortioris eorum, & uincientis super signa eorum. & hec est coiunctio eorum maxima, quae significat prophetiam & destructionem quorundam climatum, & res maximas: & maxime si auxiliatus fuerit eis aliquis planetarum inferiorū. Et scias, quod fortior ceteris erit significator. Qui si fuerit fortuna, significabit fortunam. Et si fuerit malus, significabit malum atq; tribulationem. Intellige etiam, quod hi planetae, cum coniuncti fuerint in exaltationibus suis, significabunt bonum, et aptationem temporis, & multitudinem commotionis bellorum, & demonstrationem miraculorum. Si uero coniuncti fuerint in casibus suis, significabunt detrimentum, et siccitatē, & sterilitatē terre, atq; famem, nisi sint fortunati. Et noueris, quia cum coniuncti fuerint in signo igneo, significabunt etiam terrae sterilitatem: & in signo aquatico, pluiae multitudinem. In aereo quoq; significabunt fortitudinem uentorum: & in terreo, superfluitatem frigoris, atq; detrimenti. Et cum coniuncti fuerint in signis masculinis, significabunt detrimentum animalium masculinorum. & sic de foemininis.

*De coniunctione maiori.* Cap. X.

**I**Am narrauimus, quod res principales accidentia à coniunctione maiori, quae est coiunctio planetarum superiorum. Sed sunt his planetis superioribus aliæ coniunctiones, significantes etiam accidentia maiora. Coniunctio nanci Saturni et Iouis, est coiunctio maxima, & hec significat accidentia & sectas. Scientia autem accidentiū ex ea habetur, aspicio ascendens et planetas hora coniunctionis eorū, & quis eorū dominatur in figura. Qui si fuerit fortuna, significabit bonū & aptationē temporis. Et si fuerit malus, detrimentum & siccitatē, necnō terre sterilitatē, atq; guerras. Scito ergo, quod cū Iupiter fuerit fortior Saturno, significabit locū in eadē coniunctione. Si uero Saturnus praeerit, significabit detrimentum atq; tribulationē. Et scito, quod coiunctio eorū in signis igneis & aereis significet

gnificet siccitatem, & terræ sterilitatem, nec non fori grauitatem, & in terris destru-  
ctionem seminum & famem. In aquaticis uero significabit nimietatem pluuiarum ac pestilentiae, tali conditione, quod sint impediti. Si demum fuerint fortunati, significabunt augmentationem bonorum in omnibus eorum significatis, & mali diminutionem. Item scias quod coniunctio maior, cum fuerit in aliquo angulorum, & maximè in angulo medi coeli, significabit apparitionem regis uel prophete ex parte eiusdem signi. Si autem fuerit ipsum signum fortunatum, & dominus eius boni esse, significabit hoc illius triumphum atque dominationem. Si uero fuerit impeditum & dominus eius, significabit eius interitum atque deiectionem, & erit coniunctio metuenda post annos eiusdem coniunctionis notos, quos alibi commemorauimus.

De coniunctione media. Cap. XI.

**C**Oniunctio media, est coniunctio Martis & Saturni, & hoc significat acciden-  
tia bellorum, atque guerrarum contrarietas. Cumque uolueris scire eadē  
accidentia, scito dominantem in figura eorum coniunctionis, qui si fuerit fortu-  
na, significabit bonum & aerationem esse. Et si fuerit malus, significat malum, &  
eius impedimentum. Scias etiam, quod coniunctio eorum in signis hominum,  
significet multitudinem infirmitatum eorum, & coniunctio eorum in aliquo  
angulorum anni, significet contrarietatem diuitium uel regum, & guerrarum mul-  
titudinem, & durabit res, donec iungantur alia uice. Et cōiunctio eorum in igneis  
significat siccitatem, & terræ sterilitatem, & in aereis uentos, in aquaticis uero  
multitudinem pluviarum, & in terreis gelu & niuem & frigoris multitudinem.  
Scias etiam, quod fortunæ cum aspicerint, minuent malum, & mali augebunt,  
proba, quemadmodum narravi tibi: & inuenies, si deus uoluerit.

De coniunctione minori. Cap. XII.

**C**Oniunctio minor, est coniunctio Iouis & Martis, & hoc significat acciden-  
tia, quæ fiunt ex pluvijs & niuibus, & corruptionem aëris atque guerræ: si au-  
tem uincit in eorum coniunctione fortuna, significabit fortunam: et si malus, ma-  
lum. Et scito quod Iupiter & Mars, cum iuncti fuerint in ascendente anni, uel in ali-  
quo angulorum eius, significabit commotionem & diuersitatem regum, nisi as-  
pexerint fortunæ. Scito etiam, quia quotienscumque iuncta fuerit fortuna cum ma-  
lo, apparebit natura fortioris eorum. Et cum iunctus fuerit malus malo, supera-  
bundabit malum: nisi is qui præfuerit coniunctioni, sit fortuna, intellige. Hoc  
est ultimum eorum quæ protulimus in hoc libro, & est ex secretis scientiæ  
astrorum.

## DE NATIVITATIBVS, SECVN-

DVM OMAR. LIBER PRIMVS.

 Mar Belnalfargdiani Tiberiadis dixit: Scito, quod diffinitiones nativitatū in nutritione sunt quatuor. Vna scilicet eoru, que non  
gustant cibum, nec est uita animabus eorum. Secunda eorum,  
qui gustant cibum, & non nutriuntur. Tertia eorum, qui gustant  
& nutriuntur: sed non perueniunt ad longinquam uitam. Quarta  
uerò eorum, qui nutriuntur, & perueniunt ad longinquam uitam, id est, ad se-  
nectutem. Sed nunc de prima diffinitione dicendū est, de illis scilicet, qui non gu-  
stāt nec nutriuntur. Ut aspicias gradū ascendentis, et angulos, gradus quoque lumi-  
nariū, & horū omniū dominos & dominos triplicitatis ascendentis omnes tres,  
& partē fortunæ, ac dominum eius. Dominum etiā cōiunctionis uel præuentio-  
nis, quæ fuerit ante nativitatem nati. Post hæc aspicias almutaz super hæc loca,  
id est ipsum planetam, qui habuerit dominum in his locis, siue unus fuerit, seu  
duo, uel tres. Qui si fuerit unus, & inuenieris eum cadentem, & impeditum ex  
gradibus aliquius mali, hoc est, ut sit cum malo in uno gradu: aut fuerit gra-  
dus

dus signi ascendentis impeditus, tunc nihil gustabit, donec moriatur. Et impedi-  
fuerint gradus luminantiū quomodo cuncti fuerint, & gradus ascendentis non  
gustabit aliquid, si deus uoluerit. Ptolemæus quoque dixit, quia cum impeditum  
fuerit luminare, cuius fuerit auctoritas, & gradus ascendentis, recesseritque domi-  
nus luminantium ab angulis, non gustabit cibum, donec moriatur: eademque hora  
huius rei, cum peruerentur luminaria ad malū. Vniuersi autem antiqui dixerunt,  
quia cum recesserint domini triplicitatis ascendentis omnes tres ab angulis, rece-  
serintque luminaria & dominii eorum, & recesserit coniunctionio uel præuetio & eius  
dominus, tunc natus non gustabit aliquid, si deus uoluerit: aut ipse natus non erit  
homo, uel erit ex illis qui nascuntur cum aliquibus signis, ut similes, uel ipsi, qui dicuntur  
à rusticis mutati. id est, erit natus monstru, uel brutum animal. Si autem fuerit brutum  
animal, fuerit cum recessione horum, quae dixi impeditum à malis, malique præfuerint  
eis, erit ipsum animal lupus impeditus, qui non associabitur hominibus. Si uero præ-  
fuerint mali & boni, maximè si fuerit Mercurio in his locis aliqua dignitas, erit  
animal de his, quae assitantur hominibus, & cum quibus ludunt. Secunda diffini-  
tio, ut aspicias ascendens, & angulos atque gradus luminariū, et eorum dominos. Do-  
minos quoque triplicitatis ascendentis tres, & partē fortunę, & eius dominū, con-  
iunctionem etiam uel præventionē, necnon & dominū coniunctionis, uel præuen-  
tionis, que fuerit ante nativitatē nati. Si fuerit almutaz, qui habet dominū in his  
locis cadens ab angulis, præfuerintque eis mali, & fuerit inter almutaz aliqua lon-  
gitudō ex gradibus, significat quod gustet, & nutritur, donec almutaz perue-  
nit ad malos per corpus, aut per radios, tunc significat quod peribit, dum peruererit  
ad malos per dies, uel mēses, uel annos, secundū quantitatem ipsorum graduū, si  
deus uoluerit. Et similiter si fuerint mali in angulis, & almutaz cadens, & gradus  
ascendentis iunctus malo, aut gradus male Lunę, tunc ad annos, seu mēses, uel dies  
secundū quantitatē ipsorum graduū, qui fuerit inter eos, peribit natus, si deus uo-  
luerit: & si omnia ista, uel plura eorum ceciderint ab angulis, gustabit cibū, & non  
nutriet. Si autem uolueris scire horā, dirige ex gradu ascendentis in corpora malorum,  
et quartos aspectus eorum, siue oppositiones ad unumquemque signū, mensuram per  
gradus æquales. quod si transierit annus, uerte profectiones, dando omnibus. xxx  
gradibus, annū, & tunc peribit natus, si deus uoluerit. Aspice etiam in hora ad qua-  
dā fortunas, si fuerint in angulis, aut in loco optimo, in dignitatibus scilicet suis,  
uel planeta qui fuerit dignior gradu ascendentis, & anno atque partē fortunę, qui  
hic significat secundum quantitatem fortitudinis eius, atque debilitatis, quod per-  
ueniet ex uita ad mēses secundum quantitatem donationis eiusdem planetæ ex  
annis suis minoribus atque maioribus, & fortasse erunt dies secundum quantita-  
tem, esse eius in debilitate & fortitudine. Secundum autem quod Dorotheus pu-  
tat, cum ceciderint domini triplicitatis ascendentis, primus & secundus, signifi-  
cat quod natus non nutritur, maximè si fuerit Saturnus in nativitatibus noctis  
in angulo, & Mars in nativitatibus diei, & erit hora mortis eius, quando profectio  
alterius alicuius anni peruererit ad angulos, quia malus cum fuerit in angulo, non  
ueniet annus ad aliquem angulorum, quod non sit ibi lumen quarti aspectus ma-  
li, aut eius oppositionis, aut corpus mali, si non fuerit mortuus in primo anno, &  
putatur in libro similitudinum almutaz, si fuerint duo, & unus eorum fuerit im-  
peditus, morietur natus, & non poterit aliis sufficere. Similiter domini si fue-  
rint tres, & unus eorum impeditus fuerit, & duo fortes, infans durabit: sed non  
prolongabitur eius uita. Si uero tres fuerint impediti, & unus fuerit utilis, non re-  
manebit natus, si deus uoluerit: similiter quatuor, & unus eorum fuerit impedi-  
tus, uel duo, & ceteri fuerint vitales, remanebit puer: sed non prolongabitur eius  
uita, si deus uoluerit. Tertia diffinitio est, ut non sit nato hylech, neque alcochoden:  
sed fuerint luminaria & domini eorum, dominus quoque ascendentis liber à ma-  
lis, & à retrogradatione uel cōbustione, uel cadentes liberi à gradibus malorum, &  
eorum oppositione uel coniunctione à domino quoque malorum in eis. Cum  
enim fuerint nativitates huiusmodi, nutritur natus: sed non perueniet ad longin-  
quam uitam.

quam uitā, si deus uoluerit, & fortassis destruetur uita eius infra 12 annos. Nam cū fuerint nativitates secundum quod diximus, differimus loqui de eis nativitatibus propter casum significatorum, donec percurrat ascendēs unū orbē, hoc est, duodecim annos ad unūquodq; scilicet signū annū unū. Nā quotiēs peruererit orbis ab ascēdēte ad corpora malorū, uel ad quartos aspectus, seu oppositiones eorū, timebitur de eo, donec percurrat unū orbē ascendēs. Cūq; trāslierit unus orbis, dirigimus ei ab ascēdēte ad unumquē gradū, annū unum per ascensiones eiusdem climatis, in quo natus est, quo usq; perueniat ad malos, si deus uoluerit. Quarta autē diffinitio est eorū, quib. fuerit hylech & alcochoden, & liberi fuerint domini nutritionis, quos diximus in principio capitulo, si deus uoluerit. Scientia hylech aspices in nativitatib. diei ad Solem. Si fuerit in ascēdēte, aut in 11. uel medio cœli, erit hylech in quoctūq; signo fuerit, tā foeminino quām masculino. Si uero in 8. uel 9. fuerit, & fuerit signū masculinū, hylech erit. Et scito q; Sol uel cete ra loca, q; per hylech exercētur, non poterit esse hylech, nisi aspiciat eū dominus domus eorū, uel dominus termini aut exaltationis, aut triplicitatis: quia si fuerit hylech, & unus prædictorū, qui sunt domini dignitatū eorū in quibus sunt, non aspicerit ea, annullabitur eorū hylech. Similiter Luna in nocte ac die, & pars for tunæ, & gradus coniunctionis seu præventionis, necnō & gradus ascendētis: si autē nō fuerit Sol hylech, aspice Lunam: quae si fuerit in angulo, uel in succedēte angulo in signo foeminino, aspiceritq; eā aliquis prædictorū 4. erit hylech. Si ue uerò non conuenit Lunæ, ut sit hylech, fueritq; nativitas præventionalis, incipe à parte fortunæ, & quare hylech ab ea, quemadmodum ostēsum est tibi. Si uerò fuerit nativitas coniunctionalis, incipe ab ascēdēte, quārēs ab eodē hylech, & præpone eū parti fortunæ. Et scito, sicut prædiximus, quia nō poterit esse hylech, nisi aspiciat eū aliquis prædictorum 4. Qui si non aspicerit eū unus ex quatuor, destruetur eius hylegia: & si præmiseris ascendēs, & non conuenerit ei, ut sit hylech, quare post ipsum hylech ex parte fortunæ. Qui si isti non poterint esse hylech, quare hylech à gradu coiunctionis, qui fuerit ante nativitatē. In coiunctio ne scilicet à gradu coiunctionis, & in præventione à gradu Lunæ hora præventionis. Sed si hunc nō aspicerit unus 4, sicut prædiximus, frustrabitur, si deus uoluerit: & si aspicerint hylech omnes 4. ille qui fuerit gradu hylech propior, per numerum graduū ante uel retro, & fuerit loco fortior, erit alcochoden, cum fuerit unicuiq; eorū una auctoritas. Si uerò aliquis eorū habuerit duas auctoritates uel tres, ipse præterit, siue propior fuerit eius aspectus, uel longior, tantū ut aspiciat signū, si deus uoluerit. Cumq; sciuenteris hylech & alcochoden, scito quod alcochoden significat annos uitæ nati, & eius pericula: hylech uero significat uitæ nati, si deus uoluerit. Cum autem peruererit hylech secundū annos constitutos per gradus ascensionum, scilicet ad unumquemq; gradum, annum ad corpora malorum & eorum radios, & ad caudam, ad 4. quoq; aspectus Lunæ, & ad gradum eius, aut oppositionē sui gradus, & fuerint ipsi anni annis alcochoden equales, uel propere eos, & non proiecerit fortuna radios ad ipsum terminum, in quo peruererit hylech ad malū, peribit tūc natus. Et si peruererit ad malum, & non fuerint anni consimiles annis alcochoden, periclitabitur periculo simili morti, et euadet, si deus uoluerit. Hæc est dispositio ordinis hylech. Et scito, quod hylech sonat nomen, quod latine uxor potest dici: & alcochoden similiter uir sonatab hac significatione. quia sicut mulier sine adiutorio uiri bene domū suam regere non potest, ita et hylech sine auctoritate alcochoden annos uitæ significare non sufficit: licet quidā astronomi solo hylech utatur, & alcochoden nō curat. Alter locus dicit uitæ hylech, eo quod ab eo quārat status uitæ: & alcochoden, dator uel significator annorū dicit. sed redeamus ad librū. Vniuersitas eotū hylech putauit Dorotheus, quod Sol nō sit hylech in 8. uel 7. nisi sit in signo masculino: qui si fuerit in his locis in signis foemininis, is effoeminabit, et debilitatē eius fortitudo, & erit inæqualis, id est, tēperatus. Ptolemaeus uerò putauit, qd Sol nō sit hylech in 8. quia hic locus turbidus est & tenebrosus, et nullū lumē ascendentis est in eo,

Alcochoden.

Hylech.

&amp; laudavit

& laudauit nonum, quia est in triplicitate ascendentis sibi consimile, & eius  
dē generis. Est quoq; locus gaudij solis, quod est fundamentū eius: quumq; tem  
peratus fuerit in eo sol, bona in eo efficietur uita: & durabit, si Deus uoluerit. Pu  
tauit idem Ptolemæus, quod cum autoritas fuerit solis in nocte in inquisitione  
hylech, & fuerit in oppositione horum locorū sub terra erit hylech. Dixit autem  
& Dorothius, quia cum fuerit in nocte, in oppositione horū locorum sub terra  
erit hylech. Dixit autē etiā Dorothius, quia cū fuerit in nocte, in oppositione ho  
rum locorū in quibus diximus eum posse fieri hylech, in die erit hylech, nisi sit in  
signis masculinīs. Si autē non fuerit sol in die, in his locis nō poterit esse hylech,  
quare tunc hylegiā à luna: quae si fuerit in angulo uel succedenti angulorū, erit  
hylech absq; scrutatione signorū masculorum seu foemininorū. Sed utilius est, ut  
sit in nativitatibus foeminarū in signis foemininīs, & in nativitatibus masculorū  
in signis masculinīs. Omnes uero putauerūt, quod luna sit hylech in tertio, quia  
est locus gaudij et fundamenti eius. Sed de nouo putauit Dorothius, quod luna  
cum fuerit in hoc loco, erit impedita. Ptolemæus autē non denegauit lunā posse  
fieri hylech in nono, sed tribuit ei regulam solis: quod si luna non fuerit in his lo  
cis, & ceciderit, quāretur hylech. Si fuerit nativitas coniunctionalis ex gradu a  
scendentis scilicet nati. Si uero fuerit nativitas præventionalis, incipies à parte  
fortunæ, quod est ascendens lunæ, & postposuerunt gradum ascendentis, & ideo  
præposuerunt partem fortunæ in præventione, quia luna est tunc plena habens  
potestatem noctis cum perfectione sua, & cœperunt ab ascendentे in nativitatib  
us coniunctionalibus, quia luna sit in coniunctione absq; lumine, & tunc erit  
lumen totum solis scilicet ascendentis. Si autem inceperis à parte fortunæ, & fue  
rit in angulis, uel in succedentibus angulorū aptabitur hylech, & nō quāretur ut  
rū sint masculina signa uel foemina. Et si inceperis ab ascendentе, erit hylech  
omnino, nisi sit ibi pars fortunæ, uel fuerit impeditū: & nō consideratur utrum sit  
cadens ab angulis, quia est in eo. & nō est aliquid quārendū, quia quod timetur  
deesse aliorū locorum hylech ex profectu uel in profectu. Possibile est enim, ut  
sint prædicta loca in locis profectis. Ascendens aut̄ non desinit esse in profectu.  
Si uero sol & luna & pars fortunæ uel ascendentēs non cōuenit hylech, aspice con  
iunctionē uel præventionē, quae fuerit ante nativitatē, & quam harū aspicerit, si  
sit in angulo uel succedenti angulo erit hylech: & nō est considerāda natura signi  
& sexus, utrū sit masculinum uel foemininū. Cumq; sciueris hylech, & uolueris  
scire diuisorem alcochoden secundum dicta Dorothij, aspice dominū domus  
et dominū termini, ac dominū exaltationis seu triplicitatis, et incipies ex eis à do  
mino termini: qui si proiecerit suos radios, ad ipsum terminū aspiciens eum, ipse  
erit alcochoden. Si uero nō proiecerit radios suos ad ipsum terminum, & proie  
cerit dominus domus uel exaltationis aut triplicitatis, qui proiecerit radios ex i  
pisis, ipse erit alcochoden, si fuerit eorū dignitas una, id est, si fuerit unius dignita  
tis. Si autē unus eorū habuerit dignitates, proieceritq; radios suos ad ipsum ter  
minū, erit hic alcochoden. Similiter dominus trium dignitatū dignior, qui loco  
fuerit fortior. Si uero fuerit idem locus, uel cōsimilis, ipse qui fuerit in angulo, uel  
soli si fuerit in ortu cuspide propior, erit fortior, & hæc est expositio esse eorum,  
id est, alcochoden in cuspide. Si fuerint utique planetæ in angulis, uel in suc  
cedentibus angulorum, ille qui fuerit propior gradu angulorum, uel succeden  
tibus angulorum fortior erit: & si fuerit unus eorū peregrinus, & alter in domo  
sua erit fortior. Si uero fuerint orientales, ille qui fuerit soli propior, erit fortior.  
& commisce hylech planetā, qui fuerit in ascendentē uel in medio cœli. Et com  
mixtio eius est, ut aspicias planetā qui fuerit in ascendentē uel in medio cœli, si ha  
buerit aliquā dignitatē in hylech ex domo uel exaltatione, aut triplicitate seu  
termino, uocabitur particeps, id est, erit cōsimilis ei, & dignior habebitur illo,  
qui habuerit unā partem, id est, unam dignitatē. Quod dixit Dorothius, quod  
Saturnus & Iupiter & Mars cum fuerint orientales, uel cum sole in uno gradu,  
aut in aliqua statione, uel ante hæc loca, uel post ipsam per septem dies, dum

Inde habuerint aliquod testimonium in hylech, temperat uel fortasse præerit hy  
lech uel alcocho den. Melior autem & dignior est dominus termini hylech, si  
proiecerit radios suos ad terminum hylech. Cum uero fuerint multi fortes, fue-  
rintq; eorum partes æquales, & aspexerint omnes hylech, ipse qui præ ceteris a-  
spectu prior fuerit hylech, prægerit hylech. Ptolemæus autem nominauit ita aspe-  
ctu quasi una ex ceteris dignis partibus. Dixit, quicq; aspexerit dominos digni-  
tatum hylech ex domo & exaltatione, seu triplici, & termino, qui plus dignitatis  
fuerit cum aspectu, ipse erit alcochoden qui prægerit. Si autem fuerit planeta habens in hy-  
lech unam dignitatem, & aspexerit, fueritq; alter habens tres dignitates, & non aspexe-  
rit dominus trium dignitatuum, prægerit. Dixitq; etiam, quod ille planeta est dignior ut  
presit, qui plus dignitatis habuerit in ascendente, & luminaribus, et in parte fortu-  
nae, seu in gradu coniunctionis uel præventionis quæ fuerit ante nativitatem.

**Q**uod si fuerit planeta habens dignitatem in tribus uel quatuor locis, seu in  
duobus ex his locis, scilicet supradictis, constituemus eum almutaz super  
nativitatem qui præerit, id est, qui habet dominium. Post haec aspiciemus ad sci-  
dos annos locum ipsius planetæ almutaz, qui si fuerit orientalis & in angulo, &  
cum hoc fuerit in suo hayz, id est, planeta masculinus in die in signo masculino.  
super terrā, &c. Et fuerit in sua dignitate, ut in domo et exaltatione, in triplicitate  
& termino, eueneritq; ut sit in hayz, & in angulis, qui sunt ascendens, & mediu-  
coeli, dabit annos suos maiores. Si uero fuerit in dignitate sua orientalis & in se-  
quētibus angulorū, & maximè in hayz, cum non fuerit in gradibus anguli, liber  
significabit annos suos medios: et si fuerit liber eodemodo quo diximus, sed fue-  
rit cadens ab angulo, significat annos suos minores. Si autem acciderit ei cum casu re-  
trogradatio & peregrinatio, uel descensio, significabit iuxta numerū annorum suo-  
rum minorū horas. Cum uero sciueris ipsum auctore, & uolueris scire quid auge-  
bit ei planetæ uel minuet ex annis ita aspice. Si aspexerit eum fortuna, augebit  
ei annos suos minores, nisi sit retrograda uel combusta, quia tunc addet ei secundū  
dum numerū annorum suorum minorū menses. Si uero aspexerit eum malus quar-  
to aspectu uel oppositione, aut fuerit coniunctus, id est, cum eo in uno gradu uel  
signo minuet ei secundū annos minores. Et Mercurius cum fuerit cum fortunis et  
datib; dabit annos suos minores. Cum uero fuerit cum malis & minuentibus, mi-  
nuet similiter annos suos minores. Cumq; sciueris annos nati ex annis signifi-  
cationū alcochoden, diriges ei hylech ad radios malorum ex quarto aspectu, uel op-  
positione & coniunctione unius signi, à tertio quoq; uel sextili aspectu per gra-  
dus ascensionis regionis suæ ad unum quemq; gradum annū. Cumq; peruererit ad  
malum, absq; proiectione radiorū fortunæ ad ipsum gradum & similes fuerint ipsi  
annis alcochoden, ipse erit annus in quo peribit natus: & maximè, si fuerit  
annus nati & dominus ascensionis eiusdem anni, necnō & dominus profectio-  
nis eius impediti ab ipso malo. Et scito quotienscumq; peruererit profectio hy-  
lech ad radios uel corpus malum, id est, ad gradus ubi erant mali, & radij eorum in  
radice nativitatis ad corpus mali, siue proiecerit radios suos ad ipsum gradum, uel  
non, erit annus periculi & abscessionis. ex malis abscessores sunt mali: & eo dete-  
rius, si si fuerit malus in cursu gradus hylech ex altitudine & declinatione: quia  
Dorothius putauit, quod hylech coniunctus fuerit malo ex quarto aspectu uel  
oppositione, fueritq; malus, id est, accipies uersus septentrionem & meridiem in lati-  
tudine remotus ab itinere hylech, non inficiet dominum nativitatis, sed faciet ei  
periculum: & non facias directionem absq; notitia latitudinis planetæ, id est, non  
dirigas hylech, uel aliquod tale, nisi facias latitudinem planetarum atq; stellarum fi-  
xarum. Post haec scias in circulo indirecto, cuius gradus uadit planeta malus per la-  
titudinem ab itinere circulo signorum. Et cum sciueris, projecties radios eius ex eo-  
dē gradu tunc, cum peruererit hylech ad radios eius trini uel textili, seu quarti,  
aut oppositionis aspectus, uel ad eius corpus, interficiet, si Deus uoluerit.

**I**nterfectores uero sunt Saturnus & Mars, & Sol, ex oppositione & quarto a-  
spectu & coniunctione. Luna quoq; cum fuerit ex quarto aspectu solis qualis-  
cuncq;

tunc hylech iunctus fuerit ei, interficit. Similiter & cū fuerit in omni oppositio  
ne eadē etiam luna, quando iūgitur per corpus suū ei gradus signi ascendentis,  
cum fuerit hylech interficit: nec non & si ipsa iūgitur gradui ascendētis cum fue-  
rit ipsa hylech interficit: quia luna inimica est ascendētis. Similiter etiā ascendēs  
inimicatur ei propter diuersitatē substantiarū suarum, quia ascendēs est ex substā  
tia ex die, id est, substantiæ à caloris & solis. Luna uero ex calore noctis & frigō-  
ris, & sunt inimica adiuicē & contrarij. Loca etiā nubilosā & tenebrosa ex circu-  
lo coniūgitur eis hylech, interficiunt. Nam cor Scorpionis & cor Tauri prē nīmo  
eorū calore & superfluo, si ei iungitur hylech, interficiunt. Mercurius quoq; cum  
fuerit cum malis, in quarto scilicet aspectu eorū uel oppositione, aut in sextili uel  
trino aspectu in casu uidelicet à malis absq; aspectu eorū, & iūctus fuerit gradui  
corporis hylech, uel eius sextili, aut trino uel quarto aspectu aut eius oppositio-  
ne interficit. Sed si fuerit econtrario quæ dixi, non interficit. Gradui etiā occiduo  
id est, septimo, si iungitur hylech uel luna, aut quicquid ad eum direxeris, interfi-  
cit. Et cum perfecta fuerit directio in fine signi cum dimidio annorum alcochoden  
minorum uel mediorum aut maiorum interficit: & cum mutatur dispositio ab  
hylech, ex termino mali in terminum mali ab ipso introitu alicuius mali, & si nō  
interficit, timebitur de eo quod iam diu durauerit de ipso termino.

**E**T scito, quod Ptolemyo uidebat ut luna semper dirigatur ad radios malorum  
& fortunarū ad sciendū esse corporis in sanitate uel infirmitate, & esse ma-  
tris & parū fortunæ ad sciendū acquisitiones uiri diuitias scilicet & eius pauper-  
tates, & solis ad sciendum esse patris & regni et magistri. Videbatur quoq; sibi,  
quod directio gradus mediū cœli per ascensiones circuli directi. Rursum ipsi &  
uniuersis alijs uisum est, ut dirigat ad sciendū esse eius ex gradu ascendētis, quod  
diuisiones terminorū ad radios malorum atq; fortunarū. Eodē si euenerit, ut sit di-  
uisor malus, & diuisione fuerit in radijs malorum, prēnunciat in hoc angustias & ma-  
lum, & continentia, infirmitatē quoq; corporis, et corruptionē cōplexionis secū-  
dum quantitatē naturarū mali. Si uero diuisor fuerit malus, & radij fuerint fortu-  
næ, erit esse eius cōmune, id est, infirmitates cū salute, & paupertas cum abundā-  
tia. Si uero diuisor fuerit fortuna, & radij similiter fuerint fortunæ. Si quis natorū  
fuerit ex filijs pauperū, & mediorū in esse continentia, erit similiter mediocris di-  
uisorie, erit mediocris suo esse, & in sua continentia, si Deus uoluerit.

**S**CIENTIA proiectionis radiorum, scito quod hylech siue sol, uel luna fuerit, uel  
aliud quodlibet. Cum uolueris uitam scire nati, & eius esse, diuisione eiusdē  
uitæ, neceſſe est tibi incipere opus proiectionis radiorum planetarū ab eis. Et de  
duobus modis ex dictis antiquorū, quorum unus est per quam accipiunt, & ope-  
ratur, ferè uniuersi qui diuidimus radiū, quod est opus Dorothij. Cuius hoc est  
opus incipiēs, aspice locū planetæ, & ipse eum per gradus æquales atq; minuta.  
Post hoc scito aspectū eius sextilē uel quadratū siue oppositū, quia proiecit ad  
eos radios suos per similes gradus æquales atq; minuta, & uerte eos in gradus  
ascensionū eiusdē signi, et hi erūt radij planetæ, & in signo suo aspicies gradus e-  
iusdē: & uerte eos in ascensiones, & scribes eos; & hoc est gradus corporis eius,  
& similiter facies ascendens, & loca duodecim per gradus ascensionū, hoc est op-  
pus quod operati sunt antiqui, & hoc uerbi gradus. Si esset hylech in decimo  
gradu Arietis, & malus ad quē uoluimus dirige in uiginti gradu Scorpionis,  
dirigimus à loco hylech in gradu Tauri ad radios & mali. Dirigemus autem ut  
supra minuendo ascensiones, quæ sunt in directo hylech de ascensionibus quæ  
sunt in directo uiginti gradu Tauri: & qui remāserint, ipsi erūt gradus directio-  
nis scilicet, quorum numerū debemus dare annos, &c. Ptolemaeus autem uteba-  
tur alio modo, & dicebat quod uniuersi radij congregentur in cuspide, id est, in  
puncto terræ, & fuerit una res, & dixit quod neceſſe est nobis scire radiorum di-  
uersitatē secundum situm loci. incipiens enim operari radios per longitudi-  
nē planetarum, ex angulis, & per ascensiones ciuitatis in qua futeris, sicut opera-  
beris in hoc capitulo; & cum ordinaueris locum planetarum, diriges hylech, &

gradum ascendentis secundū has longitudines, quemadmodū dixi tibi. Et cum peruererit ad malos, malum secundū esse & fortitudines, si Deus uoluerit. Scito quod hylech sol & luna, aut quodlibet aliud cū fuerint in his locis, qui sunt inter medium cœlum & gradū occidentem, dirigetur retrorsum, id est, uersus sepimē contra successionem signorum: & gradu cadente, qui præascendentis accipiens retrorsum à capite gradu ascendētis per ascensiones climatis, & secundū lumen graduum, qui fuerunt inter eos per ascensiones ad unūquenç gradū annum, & interficit. Et hec directio bene expolta est in libro introductionum Alcabiti & Halbumasar. Si uero ad caudā fuerit directio, dirige à gradu caude per gradus ascensionis, & secundum numerū graduū, qui fuerit inter eos, erit anni. Si autem in hylech hic inter mediū cœlū & occidētem, & dixeris ad ea: Dirige retrorsum contra successionem signorum uersus occidentem, sicut prædixi tibi. Et scito quod mali non possunt esse plus quam sex. duo mali, Saturnus scilicet & Mars, & Mercurius cū fuerit cum eis, uel in natura eorū in aspectu. Et quartus cum sol fuerit cū Marte propriè, aut in quarto aspectu eius, aut eius cōiunctione seu oppositione, aut in eius sextili uel trino aspectu fortunæ ad eos, tunc enim fit malus similis cū Saturno. Quintū uero malorū est caput, & sextū est cauda. Et scito, qđ mali necessariò sunt sex. Nam duo sunt mali naturaliter, Saturnus & Mars: et duo accidentaliter, Mercurius & Sol: duo uero localiter, Caput & cauda. Scito quod haec omnia esse cū fuerint, sicut prædixi tibi. Et cum congregati fuerint hi sex super Venerē, absq; aspectu fortunæ, erit natus spadus. quod si dominus triplicitatis Veneris primus fuerit fortis, proficiet ei hic. Sin autē erit cū hoc quod passus fuerit laboriosus, indigēs cibo uētris sui omnib. diebus uitæ suæ. Cumq; uoluerit scire uitam nati, & esse eius in diuisione uitæ suæ, necesse est tibi ut incipiās operari proiectiones radiorū planetarum. Post hac diriges hylech eius, id est, gradus secundum opus harū longitudine, iuxta quod dictū est in opere eius. Cumq; uolueris dirigere hylech ad aliquē gradū malorū, uel ad radios eorum, accipe quod fuerit inter hylech & gradū mali per ascensiones in ciuitate in qua natus est puer ex gradibus atq; minutis, et quod eiecerit pone ad unūquenç gradū annum. Cuius opus est, ut accipiās à primo minuto signi Arietis usq; ad gradum & minutū in quo fuerit hylech per ascensiones ipsius ciuitatis. Iterū accipiās à primo minuto Arietis usq; in gradū, et minutū in quo fuit malus, et eius radij, & accipiās superfluū quod fuerit inter eos, hoc est, minutus minorē de maiori: & quod remanserit ex ipsa, est longitudo quę fuerit inter eos: ponesq; unicuiq; gradui annū, & hoc est opus hylech. Et iam multotiens reiterai tibi in hoc libro ad sciendū esse nati, ut dirīgas semper in nativitatibus gradū ascendentis, quia ipse diuisor est qui uocatur Algerbutar. Post hoc aspicias, quod remanserit ei donec perficiat terminū suum, ex gradib. atq; minutis, & pones eos per ascensiones ad unūquenç gradū annum. Deinde aspice cū perfectus fuerit terminus ex domino secundi termini: quot gradus habet pones, quia eos etiam per ascensiones, quia ipse dimittet secundū numerum ipsorum graduū annos: cumq; fuerit in radios fortunæ diuisio & diuisor fuerit, fortuna erit in ipsis annis in tranquillitate & abudātia, seu largitate uitæ, & pertinet ad finē eorum, quae significauit ex bono, cū peruererit gradus ad gradū fortunæ, si Deus uoluerit. Similiter donec facies, perficiatur opus uita. De diuersitate aut̄ alcochoden dixit Dorothius, quia si esent uni planetæ tres dignitates, & alteri una, et aspexerit dominus unius, dominus uero trium non aspexerit, eset ille qui aspexerit dignior. Ptolemæus uero dixit, cui fuerit plus dignitatis, erit dignior & attentior, siue aspexerit, siue non.

## DE NATIVITATIBVS LIBER SECUNDVS.



V P E R directionem gradus hylech, & gradus ascendentis scilicet nativitatum. In revolutione eorum annorum, &c. quæ necessaria sunt eis ex directione. Directio ad sciendū esse regis, & ad sciendū quantū præerit regno, & ad revolutionē anni mundi siue anni nat. Nam uel directione regis, uel diuinitum diriges eis à gradu mediū cœli

cœli per ascensiones cœli directi ad omne lix. minutū, ad octo secun. donec perueniat ad malos, uel ad fortunas unum diem, & diriges similiter ad sciendū esse corporis regis in sanitate & infirmitate, corporis eius à gradu ascendentis ad malos ad fortunas, & diriges in revolutione annorum mundi, uulgi & rusticorum à gradu ascendentis ad malos & fortunas, ad omne lix. & secunda diem unum, & ad sciendum esse regis à gradu medij cœli ad fortunas, & malos ad omne lix. minuta & secunda. & in revolutione annorum nativitatum diriges ad sciendum, esse annorum nati à gradu ascendentis ad fortunas, & malos ad omne lix. minuta, & secunda unum diem. Cumq; peruerterit perfectio ad fortunas signi incomitatem & prosperitatem atq; profectum: cumq; peruerterit ad malos, significat infirmitatem & amissionem atq; cōmixtionem esse illius, si Deus uoluerit. Ex profectione in revolutione annorū nati, ut aspicias à gradu ad quē peruerterit profectio ab ascendentē ad omnes 30. gradus annum unum. Post hæc pones ex gradu ad quem peruenit annus usq; ad perfectionē triginta graduum, & uniuerso anno, id est, dabis uniuerso ann. triginta gradus. Deinde aspicies quot gradus, sicut inter gradum ad quem peruenit annus, & gradum fortunæ uel mali, & accipies superfluum quod fuerit inter eos, & multiplicabis eos in ip. & sept. unius integrī, & secundum quantitatēm ipsorum graduum accipies ex diebus: & cum fuerit coniunctio gradus cum mali, erit duritia, & malum esse ex uita: & cum peruerterit ad fortunas secundum quantitatēm eiusdem numeri duodecies multiplicati, signi largitatem & dilationem eius esse, & aequalitatem complexiōnis, ac sanitatem eius secundum quantitatēm naturæ illius fortunæ in circulo: id est, si fuerit dominus substantia, significat substantiam: & si fuerit dominus domus reginæ, significat regnum, uel domum à rege.

**D**ixit Messahallach, cum se mouerit rex uel princeps, & fuerit in secundo ab ascendentē Mars, indicat ei quod habebit damnum in his quæ ad Deum pertinent, in propinquis scilicet eius et filijs, uel regno atq; substantia. Intrabit enim super eum hoc detrimentum ex contentionē bellorum, uel combustionē. Si autem fuerit Saturnus, erit quod dixi ex latronibus aut naufragio, uel infirmitate. Sed si fuerit malus receptus, non impediet hic, & erit de eo aliqua mentio: sed non perficietur, & meliorabitur. Si uero non fuerit receptus, aut fuerit in descensione sua, patebit & magnificabitur, donec audietur ab omnibus: & eo fortius, si fuerit planeta retrogradus, quia significat solutionem & destructionem. Similiter fortunæ significat aptationem & bonam laudem.

**I**tem dixit Messahallach: In electionē & constitutionem principū, cum fuerit dominus domus lunæ retrogradus, significat odium militū, & ciuitatis regionis erga eum qui eligitur, cum ingreditur princeps opus suū. Porrò anni uitæ ex Alcochoden sunt, secundū quod tibi narrabo. Aspicias planetā qui præfuit hylech: qui si fuerit in domo sua uel exaltatione aut triplicitate sua in medio cœli, aut in ascendentē uel in II. cū fuerit diurnus, & in nocte, id est, in tali fortitudine in figura diei in quarto & in quinto, significat annos suos minores. Et si fuerit peregrinus, & occidentalis in his locis, significat annos suos minores. Et scito, quod peregrinatio & occasus, & retrogradatio uel cōbustio non tantū nocet planetis altioribus, q; tum planetis inferioribus. Cum autē fuerint planetæ altiores impediti graui impedimentoo, significat secundū numerū annorū suorum minorum menses uel dies. Cum autē fuerit Alcochoden extra, id est, domum, & cætera hæc loca in angulis uel succendentib. angulorū, significat annos suos siue peregrinus fuerit, uel qualitercumq; fuerit esse eius, nisi sit cōbustus: quia cōbustio significat paucitatē uitæ. Et si fuerit alcochoden in cadētibus ab angulis, significat annos suos minores. Et qualicūq; modo significauerit annos secundū quantitatē ipsorum annorū, erunt dies uel menses. Si autē combustus fuerit, significat numero annorum suorum minorum dies uel horas, & quidā ex eis moriūtur, & nō gustabūt uitā: & maximē, cum fuerit ipse Alcochoden et ascendens impediti aliquo impedimentoo, id est, si fuerint impediti à malis, et luna fuerit impedita in angulis à malis

uel extra angulos. Scito quod cum aspicerit alcochoden fortunæ, & ipse nō fuerit sub radijs solis, augent ei, & dant ei annos suos minores. Et scito, quod cum fuerit alcochoden combustus, & nihil significauerit, & fuerit Venus & lupiter in natuitate in ascendente, aut in medio cœli, aut aliquis eorū, speratur nato ex uera secundū annos Veneris uel Iouis minores. Quod si dederint fortunę per aspectum alcochoden aliquod, augebit ei secundum numerū annorum suorum minorū mēles, uel dies, cū fuerit impeditus uel occupatus. Scito & quod fortunæ cum aspicerint ex quarto aspectu uel oppositione, aut fuerint cum alcochoden, non absindūt ei aliquid, id est, non auferunt ei, sed augent annos minores, cum nō fuerint retrogradi aut combusti, uel impediti à malis. Alcochoden cum fuerit in angulis, orientalis uel non orientalis, si tamē non retrogradus nec combustus, dabit annos suos maiores iussu Dei. Cum non fuerit in simili huic esse, & fuerit cadēs, dabit annos suos minores. Et si aspicerit alcochoden, fortuna augebit ei annos suos minores. Si uero fuerit retro gradus, nec combustus. Si uero retrogradus fuerit aut combustus, dabit numerum annorum suorum minorum menses. Et si aspicerint malū alcochoden ex oppositione uel quarto aspectu, uel nō fuerit cum eo in uno signo, minuent ei secundum annos suos minores, siue receperint eum uel non. Cum aut̄ aspicerit malus Alcochoden trino uel sextili aspectu, eumq; occuparint absq; aspectu fortunarū, tunc ipse malus qui ita fuerit, minuet secundū annos suos minores. Alcochoden cum fuerit cū cauda, & ipse fuerit malus, fueritq; inter in ipsum & Caudam duodecim gradus, & infra, minuet quartam partem annorum, qui positi sunt alcochoden. Cum uero fuerit caput cum Alcochoden, fueritq; Alcochoden fortuna, & fuerit inter ipsum & Alcochoden duodecim gradus, & ista augebit super annos Alcochoden quartā partem annorum. Accidens autem quod ingreditur in donatione annorum minorū uel maiorum seu mediocris, debes considerare rationem tuā quæ planeta habet impedimenta extra casum & retrogradationem et cōbustionem, sed ex oppositio ne malorū & quarto eorū atq; coniunctione. Etiam indicaui tibi qualiter impediunt eum, & qualiter retrogradatio minuet ei unum gradū ex ordine, & cōbustio similiter alium. Porro si coniuncti fuerint super eum, retrogradatio uel combustio atq; casus, non gustabit aliquid donec moriatur.

**S**OL cum fuerit cū Alcochoden coiunctione uel oppositione atq; quarto aspectu absidit similiter annorum suorum minorum. Ex trino uel sextili si aspicerit alcochoden, addit ei annos suos minores. Et si esset eicōiunctus aut oppositus, uel esset in eius quarto aspectu, essetq; ibidem receptio, minuerit similem annorum suorum minorum menses uel dies, si Deus uoluerit.

**C**VM fuerit dispositio in alcochoden sub radijs, erit quasi cæcus, non poterit recipere ex fortunis augmentationem, quia non aspicit eas, nec aspiciunt eam, nisi sit cum sole in uno gradu, quia ibidem est fortuna fortior quam esse poterit, id est, sub sole in uno gradu, siue malus fuerit alcochoden, siue fortunæ. Planeta quoq; cum fuerit operatus, nō augebit alcochoden, nisi rem modicam. Luna autem recipitur à sole, quia recipit lumen ab eo ex omni domo, sed cum recipitur ab oppositione, amittit dimidium receptionis. Si uero receptor in domo sua uel exaltatione, erunt duæ receptiones. Sol eo magis minuit annos alcochoden, siue orientalis fuerit uel occidentalis. Si fuerit in angulis aut in succedentibus inde malus exaltatione sua aut termino uel triplicitate sua, significat annos suos maiores, quia est ex substantia orientalis uel occidentalis, fortuna cum aspicerit alcochoden ex oppositione, & fuerit retrograda & debilis, ex impedimentoo malorum non poterit addere nutu Dei, nisi menses secundum numerum annorum suorum minorum, si Deus uoluerit.

**P**ARS patris & matris diriguntur ad sciendū uitam eorum per ascensiones ad corpora malorum, & eorum radios ex numero graduum ad unumquenq; scilicet gradum annum, siue aspicerit eas aliquis quatuor, id est, dominus uel termini uel exaltationis atq; triplicitatis actorum.

Diriges

**D**iriges nato gradum ascendentis, siue hylech fuerit, uel ad unumquemque gradum per ascensiones annū usque ad radios malorum uel fortunarum in radice natuitatis, & dirige in revolutione anni gradus ascendentis, ad sciendū esse illius per gradus aequales ad radios fortunarum & malorum domos locorum, & pones unumquemque līx. m. & viij. sed diem integrum, si Deus uoluerit. Et diriges ad sciendum esse maiora nati ex signo prouectionis. Et scito, quod signum prouectionis sit semper simile gradui ascendentis, eo quod omnes 30. gradus sunt annus. Est enim simile ascendentis radicis, cuius exemplum est hoc. Si fuerit ascēsus radicis 10. gradus signi Arietis, erit signum prouectionis, ideo gradus Tauri in secundo anno. Similiter ad unumquemque annū semper signum unum, si Deus uoluerit. Similiter cum uoluerit scire maiora esse illius, multiplicat gradus signi prouectionis, & radios malorum atque fortunarum, id est, gradus qui sunt inter gradum signi prouectionis & radios per septem gradus multiplicata & sextam partem unius, & ad numerum ipsorum dierū, mutabitur esse nati à bono in malum, uel à malo in bonum secundū naturā domini radiorum, siue fortuna fuerit uel malus. Et diriges ad sciendū esse patris omni die à gradu patrū, id est, à gradu quartae domus ad corpora fortunarum malorum, eorumque radios, ponesque omne līx. minutum, & s. secunda diem unum. Narrabiturque in accidente secundum quantitatem malorum ac fortunarum, & loca in quibus fuerint, & pertinētia locorum per dominationem ex 12. signis, quia planeta quodcunq̄, id est, ex suis proprijs signorum aspexerit, affert eius signi naturam. Qui uero non aspexe rit signum similitudinem naturae eius, & uisione & desiderio atque cogitatione, si deus uoluerit. Et diriges ad sciendum maiora esse patris ex signo prouectionis, id est, ex domo patris, ex parte patris ex numero omnium xxx. graduum. Diriges enim quod fuerit inter prædicta & radios malorum & fortunarum, multiplicabisque ipsos gradus, qui fuerint inter prædicta, & radios malorum atque fortunarum in 12. gradibus ex 10 minutis, & quod peruerterit, ipse erit numerus dierum qui significabit accidentia malorum, uel malorum secundum naturam domini radiorum, & pertinētia locorum ad eum, & diriges ex parte matris in radice natuitatis ad radios fortunarum uel malorum, eritque omnis gradus per ascensiones annus, ad sciendam uitam hoc erit in uita. In maiori autem esse eiusdem matris diriges eum radice natuitatis ad omnes 30. aequales annū, quemadmodum facis patris in maiori esse, diriges matris gradū lunæ ad omne 30. minutum, & s. diem integrum. Nunc ponam tibi exēplar, per quod diriges & semper, quod gradiers aspexi directiones huius natuitatis, eratque ascendens 5. gradus Tauri, & nullus planetarū erit in eo, nec radij eorum qui essent plus 5. gradibus preter lunam. Erat autem in sextili aspectu ascendētis in Cancro scilicet in 24. gradus minuti 5. gradus ascendentis ex 24. gradibus radiorum lunæ in ascendēte, & remanserūt 19. gradus. Diximusque quod disponeret ascendēs 19. dies usquequo peruerteret ad dispositionē lunæ per radios sui aspectus sextilis. Post hæc disponet luna expletione triginta graduum ex ascidente, & ex secundo duos expletos non uenient gradus usquequo peruerterit ad lumen radiorū sextilis aspectus Saturni. Deinde recipiet dispositionem Saturnus per lumen sextilis aspectus Veneris, eo quod propior planetis ad radios Saturni post Saturnū erat Venus. Minuimus itaque gradus Saturni post ex Venere, et remanserunt quatuor gradus. Diximusque quod disponet Saturnus quatuor dies, post hoc minuimus ue non est à Mercurio, remanseruntque octo dies. Deinde minuimus Mercuriū à Ioue, & remanserūt tredecim, diximusque quod disponeret Mercurius tredecim dies. Post hoc minuimus uigintiseptē gradus Iouis ex triginta, & remanserunt tres dies ex geminis. Similiter fiet usque ad expletionē duodecim domorū. Et si aliquis planeta aspiceret gradū ascendentis, ex simili gradu nulla dispositio esset ascendēti, sed esset dispositio planetæ, quia occuparet minutū planeta, ascendēs hoc modo operare eum reuolueris annum ab ascidente, usquequo reuertatur etiam ascendens, si Deus uoluerit: & ita facies ad sciendum esse, & hoc modo diriges ex gradu

secundum domus patrum, patri & matri à gradu lunę ad sciendum minora esse.  
**E**t ait Messahallach, diriges ex radio domini exaltationis ascendētis, uel do  
 mini trīplicatatis, aut termini eiusdem ascendētis, à radijs scilicet illius cuius  
 aspectus propior esset gradui ascendentis: & licet sententia non est autentica,  
 quia potest fieri, ut non aspiciat aliquis istorum quatuor ascendens uel partem  
 patris, uel matris, & domum patrum, aut gradus horum locorum, & necesse no-  
 bis dirigere ex eis, si Deus uoluerit, facies ex signo profectionis ad sciendum  
 maiora esse usque ad expletionem anni. Et ad maiora esse partis patris & matris  
 ex profectione patris, si Deus uoluerit.

**I**tem aliam figuram aspexi, & erat ascendens natuitatis in radice signorū ge-  
 minorum 20. gradus, peruenitq; signum profectionis anno 5. ad libram 20.  
 gradus. Volumus Deo auxiliante, scire esse eius in eodem anno ex eo nume-  
 ro quod datur 30. gradus uni anno per radios. Minimus minorem de maiori, po-  
 stea multiplicauimus per 12. fuitq; omne lix. minutum, & 8. secunda dies unus.  
 Nā minimus signi profectionis, qui sunt uiginti gradus signi Libræ ex Ioue, et  
 remāserūt quatuor, multiplicauimus quatuor qui remāserūt duodecim, & exie-  
 runt quatuor gradus. Diximusq; disponet minimū horum dierū per lumen con-  
 iunctionis Iouis, & per lumen sextilis aspectus lunæ quatuor gradus. Deinde  
 minimus Iouem ex luna, & exierunt quinque gradus inter eos quos multipli-  
 cāvimus in duodecim, peruenit ad hoc 60. gradus, & diximus, quod dispo-  
 net Iupiter per lumen sextilis aspectus lunæ 60. dies. Post hoc minimus gra-  
 dus lunæ qui sunt 28. de signo profectionis, remansitq; unus. Deinde aspeximus  
 alterum signū, & ecce Mars proiecibat lumē in eum secundū gradum. Accep-  
 musq; gradū, qui remāserat in signo profectionis, & duos gradus signi, & multi-  
 plicauimus p 12. & exierūt 36. dies, fuitq; dispositio lunæ. Post hoc minimus Mar-  
 te, qui est in gradib. à sole, & remāserūt 3. gradus, quos multiplicauimus in 12.,  
 & exierūt à 31. dies. Diximus quod disponeret Mars per lumen oppositionis so-  
 lis hos dies. Iterum multiplicauimus 15. gradus, qui remāserunt ex signo profe-  
 ctionis ex profectione 30. in 12. & exierunt 180. Diximus ergo, quod disponet sol  
 per naturā expletionem 180. dierum. & si sol esset in in 15. gradu, & minueremus  
 Martē ex eo remaneret 18. Et si annus finiret in 15. proiceremus tres, & multipli-  
 caremus 15. in 12. essetq; dispositio Martis per lumen oppositionis solis, donec  
 fineretur annus, si Deus uoluerit. Aspice igitur hic, quia sic facies per radicem na-  
 tuitatis donec finiatur uita ad unumquenq; gradum annum per ascensiones, se-  
 cundum hoc modo etiam facies patri & matri.

**D**iximus autem ascendens ad sciendum esse natū hoc modo per ascensio-  
 nes. Facies cum uolueris esse natū uniuersali scientiā nutu Dei, diriges sem-  
 per gradus ascendens & non ab alio. Aspeximus igitur, & erat ascendens 15. gra-  
 dus Capricorni, & Iupiter eo gradu per gradū, id est, in eodem gradu ascen-  
 te, direximusq; gradum Iouis, quia non erat opus ascendēti. Similiter cum uide-  
 ris in omnilioco huic simile. Aspeximusq; quis planetarum esset propior Ioui de  
 illis qui erant illi priores, & qui erant plus gradibus. Eratq; Mars 18. graduum.  
 Minuimus ergo Iouem ex Marte, & exierunt tres gradus. Diximusq; quod di-  
 sponeret Iupiter per lumē oppositionis Martis tres annos. Deinde minuimus  
 Martem ex Venere, quae erat in 20. gradu, & exierunt duo. Diximus quod dispo-  
 neret Mars per lumen coniunctionis Veneris, id est annos. Post hoc minuimus  
 Venerem ab ascendentē signo, remāserunt 10. gradus ex signo ascendentē, &  
 peruenit in secundo ad solem signo in 10. gradu. Diximusq; disponet Venus 10.  
 annos per naturam suam, & 10. annos per naturam solis. Deinde minuimus so-  
 lem à Ioue, et remāserunt 5. gradus, diximusq; disponeret sol per naturam Iouis  
 5. annos. hoc modo facies, donec semper finiatur. id est, dicit in esse eius ad unum  
 quenq; gradum annum per ascensiones, si Deus uoluerit.

**I**tem aspice in domino termini ascēdētis, quia ipse est Algebuhar, id est, di-  
 uisor; id est, aspice quod remansit ex termino suo de gradibus & minutis,  
 donec

donec perficiat eum, & pone eum ascensiones, & uerte gradus termini æquales in gradus ascensionis, & pones unūquemq; gradum annū, eiç in diuisione eiusdem planetae. Post hoc aspice dominū secundi termini, & quot sint gradus eius, & pones etiam eas ascensiones ut suprà, quia erit quo in diuisione eiusdem planetæ ad unumquemq; gradum annus. Quod si fuerit ipse planeta, fortuna diuidet in radijs diuinarii, & erat in trāquillitate & dilatione, & prosperitate. Si uero alter fuerit, dic econtrario. Si uero fuerint fortunæ & mali, erit esse illius medium. Similiter fac in tertio termino & quarto, & quinto, donec finiatur uita eius, si Deus uoluerit. Et scito, quod planeta qui significat detrimentū membra, & angustias uitæ motū quoq; & periculū corporis ueniet eum significatione sua cum diuiserit nutu Dei. Simiter planeta qui significat regem, id est honorem, &c.

**I**tem directio gradus hylech ad sciendū res uitæ nutu Dei. Diriges enim à gradu hylech ad corpora fortunarū malorū, & eorū radios, et pones ad unūquemq; gradū qui fuerit inter ipsum hylech & radios seu corpora malorū annū per gradum ascensionis. Cuius exēplar est hic. Fuit Sol hylech, & erat in medio cœli in Capricorno in decimoquinto gradu, & radij quarti aspectus Saturni in duodecimo gradu. Posuimus gradus Solis ascendentis, & fuerunt quatuor decimū gradus. Posuimus quoq; & gradus Saturni ascensiones, & fuerūt uiginti gradus, de cē & nouē minuta. Post hoc minuimus gradus Solis ex radijs Saturni, et remaneant septē gradus & 30. minuta per ascensiones. Dicimus quod Sol uiget quarti aspectus Saturni per quatuor annos & dimidiū, ac decimā anni, et tunc patiatur natus in pedib. ex frigore et siccitate, et dolorē genuū, et podagra. Quod sic adhuc nato fuerit spaciū uitæ, trāslibit ipsum terminū nutu Dei. Si piecerit fortuna radios suos ad ipsum terminū, similiter fac omne opus tuū nutu Dei. Porro gradum ascendētis per ascensiones diriges semper ad radios malorū ac fortunarū, siue hylech fuerit ascendens, aut non ad sciendum esse nati, si Deus uoluerit.

**S**unt quoq; tres modi directioni quos oportet te scire, quatenus iudicia apta sint in eis, siue bonum fuerit, siue malū. Primus est diuisor, qui uocatur Alger, buthar, qui est dominus termini ascendentis, siue aspexerit ascendens, uel non, ipse erit diuisor, qui non desinet disponere, donec finiatur gradus sui termini ex signo. Post hoc diuisor, termini secundi qui eum succedit, qui non cessabit esse diuisor, donec finiatur gradus sui termini per ascensiones ad unumquemq; gradū annum, facies similiter usq; in finem uitæ nati, si Deus uoluerit.

**S**cientia triū radiorum. Secundus est dominus radiorum, qui sciens ex priori planetarū à gradu diuisoris, siue fuerit ipse planeta uelocior cursu diuisoris, uel tardior, necesse est enim diuisori, ut eat per radios eius, & iūgatur eis. Cumq; peruerterit ad radios eius, si fuerit fortuna, significat dilationem uitæ et acquisitionem, atq; profectu in substantia eiusdem planetæ, & in his quæ ad eum pertinent ex domibus circuli cum salute, qui corporis & equalitate suæ complexionis. Si uero malus fuerit, significat occupationem & infirmitatem, atq; morbum ex substantia planetæ, & in eis quæ ad eum pertinēt ex domibus circuli, id est si fuerunt dominus domus substantiæ, patietur in sua substantia. Et si fuerit dominus domus filorum, morietur filius eius. Si uero fuerit domus regiæ, rex impediet eum. Scito hoc in omnibus domibus.

**T**ertius uero est receptor, id est, ille qui recipit diuisorem, & etiam mutatio à planetā in planetam. Qui diuisor cum fuerit malus, & ipse qui recipit ab eo dispositionem, cum perficitur eius dominatio, si fuerit malus, significat malum, quia à malo mutatur in malum, & diuisor diuiserit in radijs mali, et ad radios alterius, etiam post expletionem radiorum ipsius malū mutatus fuerit; & si nondum fuerit uita eius, fortassis interficiet hoc modo. Nam antiqui iudicauerunt eum esse moriturum, si fuerint omnes quatuor mali. Si uero omnes quatuor, significat dilationem uitæ & continentiae ultra modum, & opes maximas, si Deus uoluerit. Si autem fuerint tres mali, & unus fortuna, plus erit malum. Si uero fuerint tres fortunæ, unus malus eris plus bonum. Et si æquales fuerint fortunæ, & mali

& mali bona, & mala esse aequalia. Scito hic & nunc facimus mentionē de expōsitione istorū quatuor. Primus est, cuius fuit diuisio ante diuisorem secūdum: & hoc sit in medijs signorū, id est, infra signū, sed initio erit dispositio. Quia pri-mus diuisor ex gradibus ascendentis ipse est dominus termini. Non ergo primo primus, quia idem est. In medijs autē signorum erit dispositio diuisoris, secundo post diuisorē primum & ipse est qui pulsauit, id est, qui cōmisit dispositiōnem ei. Secūdus qui recipit dispositiōnē à diuisore. Tertius uero est dominus radiorum & ipse qui cōmisit dispositiōnem diuisori. Porro quatuor in quibus est fiducia sunt h̄j, diuisor scilicet, & dominus anni, & dominus radiorum, & receptor qui recipit à diuisore, et cōmisetur istis signū profectionis, quia nō fuerit in signis in quibus fuerunt corpora malorum, aut quarti aspectus, aut oppositiones eorū auget malū, et accelerat proditiōnē ac mortem. Et si fuerit in radice in signis in quibus erāt corpora fortunarū, aut eorū radij, & nō aspexerint eum mali, erit annus salubris, & proficuus nutu Dei. Et in dispositiōne dierū multi horrent ponere di-spositionē signo, & ponent eam planetis in revolutione anni nativitatis, & interrogatiōnū atq; initiorū. Et ad sciendū esse parentū sit, pones diuisorē primum, & dispositiōnem dominū termini, sicut prædiximus tibi in perfectione nativitatis, si Deus uoluerit. Nam & duæ directiones sunt ex revolutione anni: una sci-liset ad sciendum minora esse quotidie usq; ad expletione anni. Et alia ad ma-iora esse, & fuerit fortassis unum esse uel duo aut plus, & hoc scitur ex signo pro-fectionis, & ego exponam tibi hos modos, si Deus uoluerit.

**N** directiōe ascendentis ad sciendū esse, diriges semper ad sciendū esse ex gradū ascendentis ad radios malorū & fortunarū usq; ad expletione 360. graduū, do-nec reuertat ad gradū ascendentis ad omne līx. minut. & g. à secūda die per gradus æquales: cūq; peruenierit ad fortunas & planetas donatores, & receptores à ma-lis, dicemus qd inueniet substantiā & acquiret, & sanus erit in eadē dispositiōne, & erit pfectus & acquisitio substantiæ ex substantiâ planetæ & substantia signi, id est, domus in qua est pertinētis ad planetā ex círculo cū disposuerit, si Deus uoluerit. Et planeta qui fuerit proiectus radios suos ad gradū ac minutū ascendentis, erit dispositio in initio rei. Si uero nō proicerit radios suos ad gradū ascendentis, tribuemus dispositiōnē gradui ascendentis, donec applicet planetę aut radijs pla-netæ, & dicemus quod iudiciū in hoc erit in domino ascendentis, siue aspexerit a-scēdens, uel non aspexerit, prælens fuerit uel absens. Post hoc dabis dispositiōnē domini radiorum, cui applicata fuerit dispositio, sicut tibi prædiximus. Messahal-lah cum dirigebat ad sciendum esse natū ab ascendentē, ab ipso gradu ad quem proiectit radios dominus ascendentis, et dabat dispositiōnē eiusdem esse domino ascendentis, sicut dirigitur in anno. Othmen filij Affen, qui fuit imperator Sarra-cenorum ex radijs lunæ à medio coeli infra mediū ccelum. Contra quē diximus, quia opus horum annorū in revolutione anni mundi ad diuersitatē vulgi, necesse est ut sit directio ascendentis, & ad natū magistrum ex medio coeli. Et possibi-le est, ut non aspiciat dominus ascendentis alcendens, nec dominus mediū coeli mediū cœlū. Quod si dixerit, quod dirigetur ex gradu domini ascendentis in a-scendentē per gradus radiorū eius in ascendentē. Quod si defuerit ex domino tri-plicitatis, & eius gradibus in ascendentē, dicemus quod possibile erit, ut nō aspi-ciant isti quatuor ascendentēs. Et necesse est omnino dirigere ab ascendentē, atq; per hoc frangitur eorum sententia, hoc est, expositio eorum quæ diximus tibi in initio operis: quia qui facit directionem, necesse est illi, ut dirigat à gradu ascen-dentis. In anno autē profectionis perueniet annus natū secūdum numerū, quod datur unicuiq; anno 30. gradus ad signum profectionis ad similem gradū, atq; neuter ascendentis. Cū igitur uoluerimus scire maiora esse, accipiemus ex istis gra-dib. usq; ad expletione 30. ex signo secundo per gradus æquales, id est, accipie-mus usq; ad ipsum gradū per quē proiectiuntur radij fortunarū, seu malorum, & multiplicabimus eos in 12. & 6. in quo cum multiplicati fuerint 30. gradus, fue-runt 365, qui sunt dies anni. Ponesq; dispositiōnem per radios ipsius planetæ,

si fue-

Si fuerit planeta fortuna, erunt ipsi dies fortunati in dispositione eius planetæ. Si uerò fuerit malus, significat secundum quod dixi tibi primum, id est, seu malus fuerit, siue fortuna signi secundum substantiam suam, si Deus uoluerit.

## LIBRI SECUNDI FINIS.

DE NATURALIBVS SECUNDVM QVANTITATEM  
earum, suarumq; fortunarum, Liber Tertius.

**V**M sapienter iubete Deo ordinaueris re nati in nutritione & uita, atq; esse in directione gradus ascendentis ex parte diuisoris, & conuersione graduum termini diuisoris in ascensiones, & eorum directione ad radios malorum, & fortunarū ad unumquenq; gradū annū, & uolueris scire nutu Dei eius accidentia & dignitates, incipe, & scito natus cuius generis & dignitatis sit, cuius sciētia est, ut aspicias nutu Dei dicta Ptolemaei ex dōstoriā planetarū diurnorū à sole, & dōstoriā planetarū nocturnorū à luna: & expositio dōstoriæ, est securitas uel dexteratio. Fit autē hæc, Dōstoriā cum planetæ fuerint orientales à sole in die, & occidentales in nocte à luna. Cum ergo fuerint planetæ superiores orientales à sole in domibus suis uel exaltationibus suis, et sole in domo uel exaltatione sua, et locus fuerit angulus, aspicerintq; se inuicē, erit natus rex aut princeps regi similis: & si fuerint in domibus uel exaltationibus suis, & non fuerint omnes in angulis, & nō aliusquis eorū, erit natus dux uel princeps magnus, si Deus uoluerit. Et si fuerint cadētes & peregrini, erit natus ex domib. mediocrib. hominib. bonæ continēti, & honorabilis inter socios suos. Si uerò nō fuerit luminari dōstoriā ex planetis superiorib. qui fuerint in suo hayz, erit natus ex uilib. nullius memoriæ, et ignotus in ordine suo. Secundū uerò Dorothiū aspiciſ natuitatib. diurnis ex domino triplicitatis solis, id est, signū quo & sol primo in die, & ex domino triplicitatis lunę primo in nocte. Post aspices esse planetę ex locis 12. et accipies gradus qui sunt inter gradū planetę et gradū anguli: et quo peruererit ex gradibus, si fuerit planeta in primis 15. gradib. erit natus princeps, aut regi similis. Et si fuerit in alijs 15. gradibus erit princeps nobilis, altae memoriæ. Si uerò fuerit in tertījs 15. gradibus, erit natus ex mediocribus hominibus: & si addidit super hoc, erit laboriosus, miser, & uilis.

**T**ertiū autē modus est in scientia huius rei, surgēs in extimatione rationabiliū ex libro allegoriarū. Dixit enim philosophus, quod quatuor sunt species natuitatū. Quidam nascuntur, qui erunt reges, & perseverant in regno: & quidā nascuntur, qui erūt laboriosi, & perseverāt in labore & ærūna: & quidam natorū fuerūt primū pauperes & laboriosi, post hoc efficiūtur reges uel diuites, postea efficiūtur laboriosi. Alij uerò primo fuerunt reges uel diuites, postea efficiuntur laboriosi & pauperes. Quidā nascuntur reges, et durabūt in regno. sunt hi, in quorum natuitate dominus ascendentis, & luna fuerit in angulis, & utriq; iunguntur plures in angulis uel dominis angulorū, aut iungūtur domino ascendentis luminaria & domini angulorū, & fuerit ipse receptus in angulis, hoc significat, quia nasciturus erit rex uel diues, et perseverabit in regno & in diuitijs. Et si fuerunt luna, & dominus ascendentis cadētes, & iuncti fuerūt planetis cadentibus, & fuerunt ipsi domini locorū, qui dicuntur cadentes, aut iungūtur ei domini cadentium, erit natus miser & laboriosus ex filiis delectorum, & perseverabit in labore suo. Et si fuerit dominus ascendentis, & luna ac sol & domini angulum in angulis, & fuerint iuncti planetis cadentibus & recendentibus, & planetis malis, capitī mali fuerunt domini domorum cadentium, erit natus rex magnæ potentiae, & cadet à sua fortuna, & auferetur regnū eius, & perueniet ad laborem et paupertatem: & quidā eorum capiuntur, seruituti subiectūtur. Si uerò dominus ascendentis, & luna atq; sol fuerint cadentes, aut in descensionib. suis, & iuncti fuerint fortunis in angulis aut malis, qui eos recipiēt in angulis, et ipsi fuerūt domini angulorū, nascuntur in domibus laboriosorū, et horū qui fuerunt in angustia atq; afflictione uitæ, & erunt primū principes, post hęc sublimantur, & honora-

& honorabiles erunt secundum quod diximus uobis. Dorothius quoq; & Her mes putauerunt ut aspiceret post nativitatem nati, primū planeta qui proficisci tur ad gradum lunæ, uel gradum ascendentis extra gradus lunæ, quia ipse plane ta significat dignitatem nati & eius fortunam: qui si fuerit fortuna, & locus fuerit ei conueniens, erit rex bene fortunatus uel diues, Dei nutu. Si nō fuerit malus im peditus in eisdem locis, quæ sunt locus gradus lunæ, & gradus ascendentis, erit natus cadens & laboriosus, si Deus uoluerit.

**P**rauit Hermes, quod planeta qui primus mutauerit figurā suam in reuolu tione anni mundi permutationem suam scilicet à signo in signum alterum, aut ex gradu orientali ad occidentem, aut per eius aduētum ad gradum lunæ uel gradum signi ascendentis extra lunam, ipse erit dominus anni, & significator rei anni. Et putauerunt uniuersi, quod luna cum proficiscitur à suo cursu medio ad cursum suum maiorem, erit natus nobilis & diues. Et cum proficiscitur ex cursu suo maiori ad cursum suū mediū, erit natus esse mediocris infra nobiles. Et cum mutatur ex cursu medio ad cursum minorem, erit natus infortunatus, & malis es se dixerunt. Quod si luna nulli planetarum iuncta fuerit, nec ab aliquo separata in nativitatibus, erit natus feralis sectatorum deserti: maximè si fuerit in natura malorum, & in loco malo augebit malum.

**S**cienti esse in nativitatib. & hoc fit multis modis ex dictis antiquorū. Aspice dominos triplicitatis luminaris, cuius est autoritas uel potestas. Aspicias enim primā etatē ex domino triplicitatis solis primo, et etatis secūdē ex domino triplicitatis solis secūdē et tertię ex domino triplicitatis solis tertio in die. Qualisq; eorū fuerit mediocris loci, & sanior, eadē ætas erit melior et dignior. Similiter aspice in nocte ex dominis triplicitatis lunæ, quē admodū aspicias in sole. Secūdus modus esse est secundū Ptolemyū et uniuersos, ut aspicias primę uitę dimidio ex ascendēte et initio eius duodecim, finis uero primae uitę ex secūdo. Et aspicias dimidio uitę mediae ex medio cœlo. Ex initio uitę medię ex nono, termini uero eiusdē uitę mediae ex undecim. Et dimidio finis uitę ex septimo, initio uero ultimae uitę ex sexto. Et fine eiusdē ultimae uitę ex octauo, dimidio quoq; esse mortis aspicies ex angulo terræ, et initio esse mortis ex tertio, fini uero esse mortis ex quinto. Quęcūq; harū fuerūt fortunæ, prænuncia in eis bonū. Et fuerūt impedimenta, dicit impedimentū & malū, & omne horribile & auxiliare per dominos horum locorum, & almutaz super ea accidentia locorum horum, si Deus uoluerit.

**T**ertius modus esse est, ut aspicias lunā in nativitatib. quod planetis iungū tur signo in quo est, diuites, quia esse & numerum quātitatem eorundē planetarum. Quod si nulli planetarum iuncta fuerit luna, erit ex esse ex parte lunæ duobus modis. Primo ex signo lunæ & loco eius, dic ergo in eo secundum quantitatem debilitatis suæ fortitudinis loco lunæ. Secundo ex domino lunæ, & loco eius, ac fortitudine ac debilitate eius, & coniunctione eius cum planetis, uel planetarum cum eo, dicq; secundum quod uideris ex bono uel malo, iamq; exposuiti rem nutritionis ab ascendēte & eius domino, & ex dominis triplicitatum ascendentis & lunæ ac domini eius: & nunc exponā quod significant loca duodecim, si Deus uoluerit.

**C**VM uolueris aspicere in re substantiæ, aspice secundum ab ascendentib. & quicquid est in eo ex planetis, & dominum secundi & partem substantiæ & dominum partis, Iouem quoque & partem fortunę ac dominum eius. De inde aspice Almutaz super hæc loca, siue fuerit unus uel duo, & iam prædicti tibi, quia Almutaz qui cæteris dignior & autentior fuerit per multitudinē dignitatum, id est, qui habuit plures partes in locis in domo & exaltatione, &c. Post hæc aspice sanitatē eiusdē, & Almutaz & eius cōmixtionem & affinitatē cum domino ascendentis ex quatuordecim modis, qui significant effectū & cognitionem & destructionem, & dic secundum quod uideris quod utrum ei substantia uel non: & cum uideris sit substantia, scito ex esse almutaz in quo tempore æta tis acquiret substantiam. Nam si fuerit orientalis, hanc in iuuentute sua: si uero fuerit

fuerit occidentalis, lucrabitur in magna ætate. Post hæc aspice naturam secundi signi: quia si fuerit aptum & fortunatum, congruet ei hic, id est, quod significat Almutaz genus substantiae: & si fuerit impedimentum, impediet eum hoc genus. Similiter aspice naturam Almutaz super hæc loca: quia si significauerit effectum, erit eius acquisitio ex natura planetæ. Deinde aspice dominos triplicatum Almutaz omnes tres, primum scilicet & secundum & tertium, quia ipsi significant in qua trium ætatum surarum erit plus aequirens, & in qua erit plus boni. Ex qualibet quoque substantia lucrabitur bonum secundum naturam ipsorum planetarum. Quod si primus fuerit fortior, lucrabitur in initio uitæ. Similiter de secundo & tertio, nutu dei.

**C**Vm uolueris aspicere in re fratribus, aspice tertium & dominum eius: & quicquid fuerit in tertio ex planetis, & aspicies tertium: partem quoque fratrum, & dominum eius & Martem, quia significat fratres ac dominos triplicitatis Martis. Aspicies quoque planetam Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit, uel duo. Post hæc aspicies dominum ascendentis & Almutaz, si fuerit inter eos aliquis ex xiiij. modis qui significant effectum & destructionem. Aut fuerit signum fratrum ex signis multorum filiorum, aut fuerit Almutaz in eo, habebit filius natus fratres & sorores. Aspice etiam si fuerint significaciones in signis masculinis, & in locis masculinis, maxima pars fratrum erunt masculi. Si uero fuerit in signis foeminiñis, erunt plures eorum foeminae. Deinde aspice ex concordia Almutaz super domum fratrum cum Almutaz super ascendens, si fuerit inter eos concordia, dic quod erit inter eos dilectio & pax: & si non fuerit inter eos concordia & pax, significat odium & inimicitias. Post hoc utrum natus sit maioris dignitatis, aut fratres ex fortitudine Almutaz super ascendens, aut Almutaz super domum fratrum, quia fortior eorum præerit. Deinde aspice dominos triplicitatis Martis, primum scilicet & secundum & tertium, & uide quis eorum sit fortior & mediocris esse, quia significat rem fratrum. Nam primus significat maiores eorum, & secundus medios, tertius uero minores nutu Dei. Post hoc ad sciendū quis eorum durabit, & quem eorum consumet mors, &c. que accidit eis. Aspice quod fuerit inter mediū cœlū & ascendens. Si fuerint ibidē planetæ fortunæ, iam nati sunt ante eum filii patri eius, & adhuc durat: & si fuerint ibidē malī, significat quod defuncti sunt. Si uero fuerint fortune, et malī in signis communibus, frarres qui remanserunt, uel mortui sunt, fuerunt duo. Deinde aspice eis qui nascuntur, postea quod est inter ascendens & angulum terræ. Si fuerint in eo planetæ, nascuntur post eum fratres & sorores secundū quantitatatem stellarum quas inuenieris. Quod si alii quem planetarum inuenieris in signis omnibus, hic duplicat eorum numerum. Si autem fuerint in eo malī, significat mortem: & si fuerint boni, durabilitatem. Sol quoque & Saturnus significant patrem: Veneris ac Luna significant matrem nutu dei. Item separatio lunæ à planetis significat eos qui nati sunt ante eum, & coniunctio Lunæ significat eos qui post ipsum nascuntur. Aspice ergo dominos triplicitatis matris primum, secundum, ac tertium addas, accipiesque fortiorum eorum qui fuerit pluris testimonij: qui si fuerint in ascendente, significat quod natus sit primus filiorum matris uel quartus. Quod si fuerit in medio cœli, significat quod sit primus aut quartus, uel plus. Et si fuerit in septimo, significat quod sit septimus uel quartus, uel primus. Si uero fuerit in quarto, significat quod sit primus uel quartus. Et similiter omnia loca significant secundum quantitatem loci.

**C**Vm uolueris aspicere patri, aspicies ei ex signo quarto & eius domino, & aspicies Almutaz super hæc loca. Aspicies etiam planetas, qui fuerunt in quarto, ponesque eos significatores patris. Post hoc aspicies significatorem, & sci as ex eo quod ingreditur super eum ex longitudine uel breuitate uitæ, secundum quod exposui tibi, si deus uoluerit. Postea diriges uitæ patris ex parte patris & sole, & gradu domus patrum, ex eo scilicet qui dignior fuerit hylech ad loca fortunarum & malorum. Et dices sura uitæ secundum numerum annorum suorum quem significauerit Almutaz. Diriges enim ad sciendum esse patrum omni

anno pfectio[n]is ex parte patrū ad loca fortunarū & malorū. Et ex bonitate domini anni dices in columitatē patris, sublimitatē uero, et ad quē ordinē deueniet ex dōstoriā Solis à planetis diurnis. & dōstoriā significat planetas orientales, qui oriūtur in mane & in nocte ex dōstoriā Saturni à sole pprie. Si enim fuerit ei dōstoriā, erit patris magnae quātitatis, & inueniet honorē. Dices & esse patris primo & secūdo ex dominis trīplicitatis solis in die, & ex dominis trīplicitatis Saturni secundū hanc similitatē in nocte. Dices in grauitate mortis patris ex impe[re]dimēto Almutaz super res patrū: qui si fuerit impeditus à morte in die & in nocte à Saturno à quarto aspectu uel oppositione siue aspectu fortunarū, & absq[ue] receptione, significat hic eius mortis grauitatem: et si fuerit malus impediens dominus ascēdētis, uel Almutaz super ascendētis fortasse interficiet natus patrē suū. Dices & in cōcordia patris & natū ex cōcordia Almutaz super domum patrum, & Almutaz super ascendēs, & in discordia eorum. Si fuerint enim dīcor des, significat odium & inimicitias, & dices, quod natus non sit legitimus, & quod pater suspicatur, si impeditus fuerit sol in die à Marte quarto aspectu uel oppositione & in nocte à Saturno. Et dices, quod mater odio habet filium, & non credit se nato, cum impedita fuerit luna in die à Marte, & in nocte à Saturno. Quidam autem sapientum dixerunt, quod dominus domus patrum, cum non aspexerit domū filiorum, nec sol dominū domus suā, nec dominus partis patris, nō erit natus filius eius patris. Si uero unus eorū aspexerit, erit legitimus.

**Q**um uolueris aspicere in re matris nutu dei, aspice signum x. et eius domīnum, & partem matris secundum eius dominū & Venerem, necnon & planetam Almutaz super hæc loca, quia ipse erit significator matris. Post hoc aspice, quod significet ex annis, & quis auget ei uel minuit secundū quod indicauit tibi ex annis. Deinde aspice esse matris, & quantitatē eius dignitatis ex dōstoriā triū planetarū à luna, & ex dōstoriā Veneris à luna in nocte, & in die, dei nutu. At aspice ex parte matris & luna, ab ea scilicet, ex eis quae fuit hylech matris, uitam matris. & diriges hylech ad loca fortunarū, & malorū: & quod peruerterit, ad malam ibidē erit periculum. Qui si uero fuerit luna, & pars matris in loco hylech, & uolueris scire locū quem diriges matri, dirige ex gelu lunæ quoties peruerterit ad malos, significabit periculū uel mortē matris, si deus uoluerit.

**P**ost hæc aspice concordiam, & dilectionem eius erga filium, uel eius odiū p[ro] ex Almutaz super ascendens, & super loca quae prædixi matribus: quod si fuerint utriquē significatores & cōcordes, & se inuicem diligentes, id est, si concordauerit Almutaz matris & almutaz natū, dic secundū quod uideris. De hoc similiter aspice in concordia & dilectione matris erga patrem, & dic secundum quantitatēm concordiæ utrorum significatorum, qui sunt Almutaz matris, & Almutaz patris, & dic in celeritate mortis eorū, & celeritate introitus utriusq[ue] Almutaz sub terra, secundum quod dixit Dorothius. Post hæc aspice inscēnia esse patris ex dominis trīplicitatū lunę in nocte & die: quia primus significat initium rei eius, & secundus medium, tertius uero tertium, si detis uoluerit. Deinde dicit, in grauitate mortis matris, & in eius leuitate ex impedimentoo lunæ & domini eius, & partis matris ac domini eius: quia si impediti fuerint à malis, significat malam mortem. Et dic in uelocitate mortis parentum, id est, quis eorū prius morietur ex celertate introitus alicuius significatoris eorū sub terra.

**O**portet te aspicere in coniugio, postquam cessasti aspicere in filijs. Quum ergo uolueris aspicere in coniugio natū, aspice ex viij. ex domino eius, & aspice quid sit in viij. ex planetis. Lunam quoq[ue] ac Venerem, & patrē coniugij & dominum eius: aspiciesq[ue] nutu dei Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit, uel duo. Post hoc aspicias in complexionibus xiij. & in concordia quae fuerit inter eū, id est, Almutaz cōiugij, & Almutaz super ascendens. Si fuerit inter eos cōplexio aliqua ex cōcordia, nubet natus nutu dei. Si autem fuerit signum multorum filiorum, aut fuerit commixtio, id est, aspectus significatorum ex signis multorum filiorū, dices, quod natus habuerit plures mulieres, nutu dei: & si fuerit

fuerit aliter, ecōtrario. Dixit quoq; Ptolemæus, aspice lunā, si fuerit inter mediū cœlum, & ascendens, nubet natus in iuuētute sua. Similiter cum fuerit in viij. & angulū terræ in quartis orientalibus. Si uero fuerit in quartis occidentalibus, postponet eius coniugiū, & nubet in senectute nutu dei. Et dixit Dorothius: Aspice dominos triplicitatis Veneris primū, secundū, ac tertīū. Si fuerint omnes uel plures eorū orientales boni loci absq; impedimento, & non fuerit sub radijs, nec impediti, erit natus fortunatus in mulieribus, et nubet in iuuētute sua: & si aliter fuerit, non erit fortunatus in mulieribus, & maximè si fuerint domini triplicitatum Veneris defectus sub radijs solis, & fuerit impedita à radijs solis, nō aspicientes Venerem. Et dixit, quod cum fuerint occidentales, postponet coniugium, & non nubet nisi in magna ætate, nutu dei. Saturnus cum exaltatus fuerit super Venerem ex xpo, aut fuerit cum Venere, uel in quarto aspectu eius, uel oppositione, erit nutu dei frigidus à mulieribus, nullaç necelitas erit in eis. Venus si exaltata fuerit super Saturnum, in xpo erit coniugium in media ætate, in tempore scilicet suo conuenienti, & erit coniugium mediū, & filij similiter. Venus cum fuerit orientalis exaltata, & fuerit in quibusdam dignitatibus suis, erūt mulieres natī eleuatae super eū. Si uero fuerit Venus et Sol, et pars cōiugij, ac plures significatorum natī, & dominus domus cōiugij fide coniunctionis, erit natus superfluus in coitu, superfluitate turpisissima. Venus cum fuerit in quarto aspectu Martis, aut in oppositione sua, uel cum eo in uno signo, & euenerit ut sit Mars in domo uel in exaltatione sua, id est, Martis, erit natus turpisissimus in coitu. Si fuerit in signo foeminino, & natus fuerit masculus, deludetur. Cum autem fuerit in signo masculino, erit Sodomita. Et similiter in nativitatibus mulierum, cum fuerit in signis foemininis, erit mercatrix. & si fuerit in signis masculinis, uteatur mulieribus. Mercurius autem cum fuerit Almutaz super Venerē & Lunam, ac domum mulierum, & partem earundem mulierum, uel super eorū plures, erit uoluptas natum, & deludet eum Venus: cum fuerit in domib; Saturni, & aspicerit eam Saturnus, erit natus frigidus in coitu. Et similiter cum uicerit Saturnus, & fuerit Almutaz super domū cōiugij, dum nō aspicerit dominus viij. septimū, & de lunæ lunā, dominus quoq; partis cōiugij eandē partē, & dominus Venere Venere, tunc natus nō gustabit gustū mulierū, & nō nubet. Cum fuerit Almutaz uictor super ascēdēs, & lunā ac solem & partē fortunæ, coniunctionem quoq; ac præuentiōnem, quæ fuerit ante nativitatem natī secundū esse quod dixit, & plures planetarum fuerint foeminæ, erit natus effoeminatus aut mollis. Et si uicerint in his locis in nativitatibus mulierum planetæ masculi, puella quæ natā fuerit, erit uirilis quasi masculus. Si enim, ut diximus, fuerint plures planetarū in nativitatibus masculorum foeminini, natus laxatus, mollis, quasi non habet os: & in nativitatibus mulierum si fuerint planetæ masculini, erit nata uirilis quasi masculus, exiens de definitione mulierum. Et uniuersi qui ita fuerint, uidimus uitam eorum abbreviari, & nutriuntur præ multitudine humiditatis in uiris, & multitudine siccitatis in foeminis, nutu dei.

**C**um uolueris aspicere in re filiorum, utrum tribuentur sibi filij uel nō, & utrum plures sint filij eius aut pauci, aspice signum quintū & eius domum, Venerem quoq; ac louem & partem eorum filiorum, & eius dominos, & aspice Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit uel duo. Deinde aspice utrum sint inter ipsum & Almutaz super ascēdens, uel Almutaz super lunam aliqua copulatio ex quatuor modis, aut aliqua conuētio, id est, cōcordia: quia si sic fuerit, habebit natus filium & auxiliare cum eo per xiij. & dominum eius. Post hoc aspice signum filiorum & signū Almutaz super res natī & ascēdens: quæ signa si fuerint multorum filiorum, abundabit natus filij, si deus uoluerit. Si uero inter Almutaz super domū filiorū, & Almutaz super ascēdens nulla fuerit cōplexio, et cōbustus fuerit Iupiter, fueritq; Venus impedita, erit natus sterilis, carēs filij. Si militer etiam si fuerit ascēdens signum mobile, maxima quoq; pars significatorū filiorū fuerit in signis sterilibus, erit natus sterilis absq; filio omni uita sua, si deus uolet. Signa autem sterilia sunt, Leo, Taurus, Capricornus, Libra, & Aquarius,

rius. Et si fuerit Almutaz, aut Iupiter, aut domus domini Almutaz super domum filiorum orientalis, dabitur natus filius in iuuentute sua. Si non fuerit orientalis, erit natus ei in senectute. Similiter dicit de dominis triplicitatis Iouis primo, secundo, ac tertio, nutu dei. Dic quoque in multitudine filiorum, si Iupiter uel Venus aspiceret Almutaz, aut fuerit Almutaz ex Ioue, & Venere, & in paucitate eorum ex Saturno & Marte, in medio critate uero illorum ex sole & luna, Mercurius autem fuerit cum his qui significant paucitatem, significabit paucitatem: & cum fuerit cum his qui significant multitudinem, nutu dei multitudinem significant. Et putauit Ptolemæus, quod aspicitur filiis ex xi. & domino eius, & planetis qui fuerint in eo, & aspicitur patri ex medio cœli in die & nocte ex angulo terræ. Aspicit quoque patribus in die ex Sole & Saturno ex medio cœli. In nocte ex Saturno & Ioue, & angulo terræ, & aspice planetas qui fuerint Almutaz super domum filiorum, siue unus fuerit, uel duo. Quod si aliquis eorum uel plures aguntur domino ascendentis, & Almutaz super ascendentis, erunt filii boni et iusti filii, diligentes patrem. Si uero econtrario fuerit huic quod diximus, erunt impudentes eum. Si uero fuerit significator filiorum malus impediens ascendentis ac dominum eius, erit filius immittens patri diuersa impedimenta. Etsi impedit lunam, ingeret matri diuersa. Si uero salui fuerint significatores filiorum, salvabuntur filii, & non peribunt. Etsi impediti significatores filiorum fuerint, erunt filii raro concordantes, si deus uoluerit.

**I**tem capitulum nouum in infirmitatibus & morbis, & accidentijs inseparabilibus, aspice hic ex sexta domo & domino eius, & à planetis qui in ea sunt, & à Mercurio. A' parte quoque infirmitatum & accidentium inseparabilem & dominum eius, Almutaz super hæc loca. Quid si fuerit Almutaz super hæc loca malus, & fuerit commixtus domino ascendentis, aut fuerit in angulis impeditum ascendentis ab eis, erit natus infirmus multarum infirmitatum. Si autem fuerit infirmus super hæc loca Saturnus, erunt infirmitates eius ex frigore & frigi, & erunt prolixæ, ut epilepsis, & causetur hydropisis & podagra. Et si uicerit in his locis Mars, fueritque in angulis, & aspicerit ascendentes dominū, et impediatur eum, significat quod infirmitates eius erunt ex clausula rubea, & fluxu sanguinis. Si uero uicerit in his locis fortuna, et aspicerit fortuna Almutaz super ascendentis, significabit prosperitatem nati, & eius sanitatem, atque saluationem in infirmitatibus & predictis accidentijs, paucæque erunt eius infirmitates, & erit fortunatus in animalibus & seruis atque uernaculis, si fuerunt, ut dixit, Almutaz super predictam fortunam, aut cognoverit domino ascendentis. Cum fuerit pars & azama, id est, accidens inseparabile, cum luna in nono, aut Mars in octavo, & fuerit in signis membrorum abscisorum in nativitate nati, abscindetur aliquod membrum eius ferro. Similiter si fuerit pars cum luna in aliqua quarta, & ascendens fuerit impeditum ab aliquo malo, inuenient natū accidentia in membro signi in quo fuerit luna uel in cœlo sinistro in nativitatibus diei, & in nativitatibus noctis in oculo dextro. Luminaria cum fuerint in coniunctione uel præuentione, & fuerint malæ in quarto aspectu coniunctionis uel præuentionis, & ascendit postea malus, amittet natus à sole oculum dextrum, & à luna sinistrum. Item cum fuerint luminaria impedita ex quarto aspectu malorum, aut eorum oppositione, aut fuerit cum eo in uno signo, aut non ascenderit dum non aspicerit fortunæ ad idem eius oculi. Luna cum impedita fuerit in aliquo signo à malis, absque proiectione radiorum fortunarum ad ipsum terminum, destruetur ipsum membrum, quod pertinet ad signum in quo fuerit luna, & luna cum fuerit in signis quæ significant impedimentum in oculis, ut Cancer, Leo, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, & Aquarius, significant impedimenta oculorum. Similiter ascendens luna cum fuerit in Sagittario, siue impedita à malis, uel non impedita, accidit ei impedimentum in oculis, & timetur super eum cæcitas. Si autem impedita fuerit in Gemini, & eius triplicitate à Marte, significant putredinem à lepra, si non aspicerit eum aliqua fortuna. Luna cum impedita fuerit in Cancro, & eius triplicitate ex Saturno

Saturno absq; aspectu fortunarum, significat lepram albā, & canceres, & podagram, & mōrbos qui uocātur acila, id est, malū guturis. Luna cū fuerit in quarto aspectu solis, aut cū eo in uno signo, aut in quarto aspectu solis, uel oppositione eius, comburetur natus igne. Venus cū impedita fuerit à Saturno et à Marte, & Mercurio, et sole absq; aspectu fortunarū, abscondētur testiculī natī. Qui si tunc domini triplicitatis fuerint fortes et apti, acquiret super hoc dignitatē et honore. Et si ipsi dicti fuerint dominī triplicitatis Veneris, cū hoc quod passus fuerit natus perueniet ad labore, & afflictionē, & ad hoc quod nō poterit euadere ex seruitute. Et si fuerit fœmina, abscondētur eius māmæ, et separabitur à uiris, et non erit in ea amor, nec aliquod solatiū Veneris, si deus uoluerit. Luna cum fuerit in primo gradu signorū, aut in fine eorū, piecerintq; malī radios suos ad ipsū terminū, et maximē Saturnus, diligit dilectionē maxima, et publicabit, si deus uoluerit.

**D**e peregrinatione et mutatione, atq; itinere, aspice ex signo ix. et eius dño, et à planeta qui fuerit nono. A Marte quoq; et à parte peregrinationis, & eius doño. Aspice Almutaz super hēc loca, siue unus fuerit uel duo, et uide utrū inter unū istorū et Almutaz superascendens sit aliqua cōplexio uel cōmixtio, siue cōuentio ex xiiij. modis quos prædixi. Et si ita fuerit natus, erit exercēs peregrinationem. Et si nihil fuerit inter eos ex his quē dixi tibi, erit natus ex his exercēs studiū suū, et quæreret uictus suū in domo sua, si deus uoluerit. Et Mars in angūlis significat peregrinationē. Luna cū non aspexit dominū domus sue, significat quod exercitiū nati et eius uictus sit in alienis peregrinationib. Post hēc aspice dominos triplicitatis Martis, et quis eorum fuerit melioris loci et melioris cōplexionis uitæ sue, erit natus melioris esse peregrinationib. suis. Cū fuerit dominus domus sue impeditus, erit natus male fidei, multæ simulationis, uidēs res cōmixtas in fide, et nō proderūt sibi peregrinationes sue, et peribit in eis, et abibit eius substātia. Et similiter si fuerint in ix. mali, dominus noni, et Almutaz sup eū, si fuerit Mercurius, et cōgruerit dño ascendētis, erit natus cōtendens in fide, & disputator habēs disciplinā in uerbis. Si aut̄ fuerit tūc Mercurius fortunatus & oriētalīs, erit ei prudētia in hoc, et acquiret ex hoc substātiā, et bonus ac laudabilis erit finis eius. Si uero impeditus et oriētalīs, occurret ei malū, si deus uoluerit.

**T**N hoc capitulo est mētio operis et regni, atq; magisterij. cū uolueris aspicere Tex hoc, aspice mediū cœlū et dominū eius, solem quoq; et partē operis nati et dominū eius, aspice Almutaz super hēc loca, siue unus fuerit uel duo, et aspice complexione eius, atq; cōmixtionem cū Almutaz superascēdēs ex xiiij. modis congruētib. Quē si fuerit aliqua de his quē dixi, erit natus multorū operū, eritq; princeps uel rex, et nō cessabit præesse, et erit rationalis. Aspice quoq; solē, qui si fuerit in quartis oriētalib. inueniet natus honorē et sublimitatē ac regnū in iuuētute sua, et in fine uitæ sue. Esse aut̄ in regno et opere suo, et quo tēpore erit maioris dignitatis atq; honoris, aspice ex dominis triplicitatis solis, qui si omnes tres fortes fuerint, nō cessabit præesse ab initio iuuētutis sue. Similiter dīc inā qualis esse suo patēt detrimentū, & debilitatē ex dominis triplicitatū triū: quia si ipse primus impeditus fuerit, erit in initio uitę eius fragilis memorię. Et si impeditus fuerit secūdus, erit in dimidio uitę sue fragilis memorię. Si uero fuerit tertius impeditus, dīc similiter quod in fine uitę sue fragilis memorię. Mali Saturnus causa fuerit in angulo in nocte, et Mars in die, et maximē in ascendēte cū medio cœli, non erit memoria nato, nec cōgregatio, nec opus, nec regnū usq; in expletione annorū planetæ minorū. quod si transierit terminū, erit secundū ascēsionem signi in quo fuerit planeta. Mars cū fuerit in angulis, & maximē in ascendēte, in medio aut̄ cœli in die, periclitabitur natus causa operis sui, & flagellabit corpus eius, et uiñcetur. Saturnus cū fuerit similiter in angulis in nocte, cōstringetur natus fortiter, et uiñcitur a retinebitur, et cruciabitur, si deus uoluerit. Saturnus in ascendente erit natus singularis, id est, solus. Et si fuerint fratres uel sorores, præmittet eos in mortem ante se, et constringetur, & trāslibit per eū angustia, & erit gulosus, & maximē in nocte. Et si fuerit sol in oppositione lunæ, odio habebūt

parentes sui natū, et erit in opere uel in regno suo cōmixtio, et nō dirigetur ei regnū nec principatus. Et eius cōtrarij et contēptores diuites, et p̄cedet pater eius matrē in morte. Exemplarē nostrū cum significatū fuerit nato opus, et regnū, et principatus atq; magistrati. Aspice Almutaz super mediū cōlum, & solē & partē corporis. Post hæc aspiciemus substantiā eiusdē Almutaz super hæc loca: qui si fuerit Mercurius, erit natus scriba & astrologus atq; arithmeticus: & si fuerit sol, erit natus princeps uel rex, et erit sapiēs uralde in disputatiōe regni, et bonę discretiōis. Similiter dices ex natura huius Almutaz et aspicientiū eū, siue unus fuerit, uel plures: et aspice etiā Almutaz, et uide quis aspicit eū ex planetis, et miscet opus eorū omni opere Almutaz. & secundū hoc Ptolem̄eus etiā dicit, quod natus tūc habebit magisteriū, cū fuerit planeta orientalis, manē in medio cōlī, cui luna uel fuerit Almutaz super mediū cōlū orientalis: et si hoc nō aspexit, ita universitati eorū natorū non erit magisteriū. Ego aut̄ dico, quod Almutaz sup̄ mediū cōlū, cum cōmixtus fuerit Almutaz ppter ascendens, aut à Mercurio, non carebunt hi magisterio: & eo melius, si fuerit hic planeta orientalis à sole, uel ab ascendentē, aut ex utrisq;. Nam cum substantia magisterij aspexerint uniuersi ex quantitate Martis, Veneris, atq; Mercurij adinuicem, & in cōmixtione eorum atq; aspectu, si deus uoluerit. Quantitates uero sunt, ut sit planeta in quarto aspectu alterius, aut in suo termino uel sextili aspectu, uel cum eo in uno signo. Quidam uero sapientū uolunt, ut cadat angulus mediū cōlī in xi. & errant ut cadat in ix. Casus enim eius in ix. minuit quantitatē dignitatis diuisoris, & casus eius in xi. auget ei honorē et esse suū. Dei nutu. Similiter omnia loca cū remota ad loca recedentia & maligna, ut sextus, secundus, & octauus, & duodeci mus, erit malū. Nam xi. & xii. malū est, & in mediū cōlī bonū, si Deus uoluerit.

**A**spicias ad hoc xij. ad dominū eius, Venerē quoq; & partē amicorū, et plu netas qui fuerunt in domo amicorū, & aspice Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit uel duo, & Almutaz super ascendēs, scilicet utrū sit inter eos aliqua ex xiiij. cōplexionibus quas prædixi tibi, aut aliqua cōuentio. Si fuerit inter eos aliquid de his, habebit natos multos amicos: et eo melius, si fuerit signum eius dominus ex signis multorū filiorū. Post hæc Almutaz super domū aspice amicorū: qui si fuerit Venus, aut fuerit Venus iūcta Almutaz super ascendens, erit maxima pars amicorū nati ex mulieribus, & proderū illi. Similiter si fuerit xi. domus solis erit planetæ amicorū nati uiri diuites ac nobiles, & similiter omnes planetæ significat secundū suas substantias. Qui si omnes significatores uel plures eorū fuerint in signis mobilibus, nō diu perseuerabunt amici nati in amicitate eius, & cito odiō habebunt eū. Similiter si fuerit Almutaz super ascendēs malus, et nō erit ei Almutaz super domum amicorum, occurret amicis ex nato malū. Et si econuerso, dīc ecōtrario. Si uero formati fuerint significatores, abiūcē habebunt bonū, & reuerentiā, & profectū, si deus uoluerit. Si aut̄ non aspicerit dominus xi. undecimum, nec Venus dominus domus suā, nec dominus partis amicorū partē amicorū, erit natus de illis, qui nullā commixtionē habent cū amicis, nec erit associabilis, sed solitarius. Et si fuerint in domo amicorū fortunæ, erūt amici eius diuites, et bona cōtinentia. Si uero mali fuerint in ea, erūt amici eius pauperes & mali esse. Ptolem̄eus autē dicit, quod amicitia & inimicitia fiunt tribus modis: uel propter concordiā spirituum qui habet, necesse est ut homo diligat sōcium suū, uel propter profectum, uel quia cōiungit eos gaudiū uel tristitia. Qui propter concordiā spiritū se diligunt, hi sunt, in quorū nativitate tibis euenit sol, ut sit, id est, in illis sint in nativitate unius, id quibus erāt in nativitate alterius eodem modo: uel sint transmutati, hoc est, ut sit sol in illo signo in uno erat luna, & luna in eo in quo erat sol à luna in uno signo, uel in sextili aspectu uel trino. Iste enim naturaliter se diligunt: & maximē si aspexerint fortune ipsę luminaria in utrisq; nativitatibus, & nō aspexerint eum mali. Illi uero quorum dilectio fuerit propter gaudiū uel tristitiā, ipsi sunt quibus euenit sic, ut eorum signum ascendētis unum, uel aspexerint se signa utrōrumq; nativitatum ex trino uel sextili aspectu, Eueneritq; ut scilicet utriusq; nativitas aspiciat fortunæ, &

næ, & ab aspectu malorū fuerit libera. Quorum autē dilectio cōcordauerit propter profectū, hi sunt, in quorū nativitatibus euenerit, ut eis pars fortunæ in uno signo aut triplicitate eiusdem signi, uel in sextili eius aspectu: quia tunc natū cōcordabunt, eritq; profectus ex una re & studio eorum in eodem, & prouocabit amicitatē eorum, aut erit impedimentū eorum ex una re, cōcordabuntq; ob hoc propter tristitia, et propter hoc diligēt se. Et si hoc enim, si utraq; nativitate aspexerint loca hæc fortunæ, & ceciderint ab eis mali. Dixit etiam Ptolemæus, quod ex aspectib; planetarū adiuicē nativitatib; fuerint etiā causæ dilectionis et inimicitie, qui si fuerit Saturnus in utraq; nativitate equalis domo exaltata triplicitate, aspexeritq; Saturnus ex trino uel sextili aspectu, coniungenf utriq; natū dilectione per terras et aquas, uel ppter senectutē et rē antiquā, & paternitatē, et domesticos, et similiter cadētes, id est, in quarto aspectu uel oppositiōe, aut in uno signo cōiuncti, cadet inimicitia inter eos natos, &c. secundū quod dixi. Similiter dicit in Ioue et Marte, Venere, Mercurio, Luna quoq; et Sole, in aspectu scilicet eorū, & dilectione ac concordia, & in fortitudine eorū, si deus uolet.

**A** Spice inimicis ex xij. & domino eius, & ex parte inimicorū, & eius Saturno quoq; & planetis, qui fuerint ex xij. Aspices Almutaz super hæc loca siue unus fuerit uel duo, id est, aspice complexiones xiiij. et cōuentiones p̄dicas. Si aliquis ex his xiiij. fuerit inter Almutaz super ascendens, et Almutaz super domū inimicorū, habebit natus multos inimicorū. Si autē Almutaz aspexerit super domū inimicorū, Almutaz super cadēs, & impedierit eū, inueniet natus distinctiones ab inimicis, et interitū. Et si fuerit domino ascendētis aliqua potestas, et impedierit eū dominus xij. morietur natus per manus inimicorū suorū: & maximē, si fuerit ipse planeta Mars, tūc erit mors eius in bello inimicorū per manus inimicorū eorū. Et si nō aspexerit Almutaz super domum inimicorum, Almutaz super ascendens, erit natus paucorum inimicorum. & si fuerit Almutaz natū malus, & impedierit Almutaz super domum inimicorū, erit natus mulitorum inimicorū: sed uiter, & periclitabuntur inimici per manus illius, & peribunt. & aspice locum in quo ceciderit pars inimicorum: quia natus odio habebit ipsum signum, & ipsam imaginem circuli. Et si fuerit Saturnus in domo inimicorum, destruet domum inimicorum: uel si impedierit Almutaz super domum inimicorum, non cessabit natus gaudere de inimicis suis, & præmittet eos ante se in mortem, uidebitq; interitum eorum. Similiter experire, & dicit super præsentia Martis xij. etiam secundum quod dixitibi, nutu Dei.

**I**n fide natī, aspice ex nono et eius dño, & à termino, et eius domino, & à plā netis, qui fuerint in termino, & in ix. Ex parte quo fidei & eius domino. Aspices quoq; Almutaz super hæc loca. Qui si fuerit Saturnus, & saluus fuerit à malis, et à cōbustione et retrogradatione: aut si fuerit Iupiter, uel Mars, aut sol, uel aliquis planetarum superiorum, & fuerit liber à malis, erit natus unius dei cultorum absq; diuersitate intentionis. Similiter si fuerit liber planeta Almutaz super domum fidei, saluabitur natus, id est, saluabit fidem suam, & non mutabitur ad aliam. Et si fuerint mali in nono uel in tertio, erunt ei disputationes & contentiones in fide. & causis disciplinarum à descriptione.

**D**ixit Ptolemæus, aspice planetam Almutaz super hæc loca, et luna cum impedita in æquali loco fuerit, impedietur. Si enim impeditus fuerit Almutaz, & luna in locis Alhaure, qui detinet serpentem, & dicitur latine Serpentarius, aut à loco Serpētis qui dicitur Alsuta, cuius interpretatio est audax, aut serpētis qui est apud caput Draconis. In Scorpione morietur natus, causa morsus serpentis, uel ex percussione uenenatorum, aut per ingenium alicuius uenenī. Et si impediti fuerint in loco uulturum, uel corui & asturis, erit mors eius absq; sepultura, & comedēt eum aues. Et si impediti fuerint in loco Arietis uel Tauri, et Capricorni, et in loco Equi, interficietur ab equis et animalibus uel Tauro. Et si impediti fuerint in loco capitū Algō, quæ est imago quæ tenet caput, & in loco Persei, quod est corpus sine capite, significat quod caput nati absindetur. Et si participati fuerint in loco mortis nati Solis, uel Lunæ, uel Ioui, post hoc im-

pediti fuerint à malis, significat mortem pessimam. Qui si oppositi fuerint isti, erit per manus diuitum & regis. Itē cum impediti fuerint significatores mortis, et fuerint super terrā, erit uniuersitatis mortis eorū apparēs excelsa ut crucifixio, et cetera similia. Si impediti fuerint hī significatores sub terra, erit mors eorū à causa alius rei supercadētis, aut naufragio, & corpora multorū ex eis nō poterūt inueniri, maximē si fuerit significator mortis cum impedimento sub terra in uia cōbusta, uel sub radijs, si deus uoluerit. Luna cum fuerit iuncta soli in uno signo ad iiij. aspectū mortis, uel cum eodē in uno signo, cōburetur natus igni. Et cum fuerit significator mortis impeditus, & Almutaz super eū in signis terris, significat quod mors nati sit ex casu alicuius rei quae cadit super eum, aut in terra, aut montes. Et si impeditus fuerit in signis igneis, significat quod eius mors sit per ignem & lupos. Et si impeditus fuerit in signis aérēs, significat quod eius mors sit ex patibulis, aut per manus hominum, aut super densa animalium. Si enim in signis aquaticis impediti fuerint, significat quod eius mors sit ex submersione, aut ex asperitate reptilium terræ, & erit cibus piscium.

**I**tem ex fide etiam, ut aspicias secretum viri in qua ætate sit melior, ut aspicies dominos triplicitatis partis fidei quęcunq; eorum fuerit fortuna, & melioris esse in eadem ætate, erit natus melioris fidei atq; religionis.

**A**spice ad prægnationē ascendens, et dominū eius, & lunā, & dominū eius domus, quintū quoq; & dominū eius, et Almutaz super hæc loca ex planetis & louem. Aspicitur etiā Almutaz super hæc loca, & introducitur in hac significatione undecimū & eius dñs, & quicquid fuerit in xi ex planetis & locus Veneris. Cū ergo interrogatus fueris de prægnatione, utrū sit uel nō, aspice Almutaz super ascēdēs, & Almutaz super hæc loca, si fuerit inter eos cōiunctio, aut trāslatio, aut collectio in aliquib. ex quatuor cōplexionib. cōgruentib. fueritq; tū sanitate receptoris & recepti, significat hoc quod erit hic prægnatio. Et si pulfans impeditus fuerit à receptore, & receptor fuerit impeditus, significat quod filius destruetur & nō perficietur. Et nihil fuerit inter eos ex his cōplexionibus, significat quod prægnatio non erit. Si interrogatus aūt fueris de prægnatione utrum iam fuerit, uel nō, aspice Almutaz super prædicta loca, & Almutaz super ascendēs à luna, si fuerit inter eos separatio ex quatuordecim modis et cōuentione, significat hic quod peregrinatio iam fuerit: si uero fuerit coniunctio, significat quod nondū fuit, sed erit. Deinde aspice utrū saluabitur filius uel nō ex sanitate Almutaz & domus filiorū: qui si tūc fuerint salu, saluabit̄ filius, & si fuerint impediti, destruetur filius. Aspice etiā quod dicit Ptolemæus, & uniuersi in muliere, utrum sit prægnans, uel non, ascendens, & dominū eius quintū, ac louem xij. ac dominū eius, Venerē quoq; ac Solem. Si fuerit iuncta horū, uel planeta eorum in signis cōmunitibus, & aspectū multorū planetarū in signis multorū ascensionū, significat quod prægnatio sit uera. Et si impeditus fuerit significatorū, id est, Almutaz, ac quintū & dominū eius, destruetur filius. Si autem impeditus fuerit ex Saturno, erit hic ex fulgore Martis. Etsi fuerit ex Marte, erit ex superfluitate caloris & siccitatis, aut ex fluxu sanguinis, uel ex delatione rei pōderosae, uel casu. Et si ex Mercurio, ex curatione uel opere manuū. Etsi fuerit ex sole, ex calore & superfluitate ciborum, & ex corruptione complexionis stomachi, aut neruorum, uel ex causa domini atq; mariti, erit ipsum impedimentum.

**Q**ualiter aspicitur utrum sit prægnatio longior uel propior, aspice significatorem, si fuerit in quartis orientalibus, & fuerint planetæ orientales à sole, fuerit prægnata mulier nouiter. Et si fuerit in quartis occidentalibus, & fuerint planetæ occidentales à sole et à locis recedentibus ab angulis, tum perfecta est prægnatio. Pōst hoc aspice horam illis decimā modis ex occursum, scilicet utrorumq; significatorum, id est, ex coniunctione eorum, & introitu alicuius eorum in angulum, & coniunctione duarum fortunarum in angulo, aut mutatione figurarum, id est, à retrogradatione in directione significatorum, aut ex introitu significatoris in domum filiorum, aut xij. uel ascendens, aut ex introitu significa-

significatoris ascendentis & lunæ ad loca prædicta, aut ex gradibus qui fuerunt ex utrisq; significatores per radios, & per numerum signorum & planetarum, qui fuerunt in signis, quæ fuerunt inter eos, aut de terminatione planetarum, & sub terra ad superiora terræ. Hic sunt iuncta, natuitatem natu significantia.

**V** Trum sint filij gemini, uel non, aspice hos significatores, si inuenieris eos in signis communibus, & in aspectu multorum planetarum, eueneritq; ut sit luna ppter in signo cōmuni, significat quod nati sint gemini, si deus uoluerit.

**C** Vm ceciderit semen in uulnram in primo mense, fit in dispositio Saturni, disponitq; eum per frigus. Et in secundo die mense, disponit eum Iupiter, proiectq; dominus in eum spiritu, & disponit eum quodā temperamento. In trino mense disponitur à Marte, fitq; sanguis. In quarto uero mēse disponit eū Sol, inspiratq; Deus in eum spiraculū uitæ, id est, animatū, & ideo tūc tribuit ei in hy lech partem. Non ne uides, quia cum sol interuenit signum, mouet tempus, & affert similitudinem naturæ eius signi ad terram. Cum uero mutatus fuerit à si gno, recedit opus eiusdem signi: quod fit, quia corpus sine anima. Quinto dispo nitur à Venere, componitq; deus in eum lexum masculinum, uel foemininum. Sexto, à Mercurio operatur in eo lingua. Septimo, Luna, & perficitur in eo eius imago. Qui si tunc in dispositione Lunæ fuerit natus, euadet. Si uero fuerit na tūs in octavo, reuertitur in eo dispositio ad Saturnū, & morietur. Et si natus fue rit in nono mense, reuertetur dispositio ad Iouem, & uiuet, si deus uoluerit.

**C** Vm ergo uolueris scire gradus ascendentis ignoti, pone figuram eiusdem ascensionis, & planetæ in locis suis, in signis. Post hoc, scito, utrum sit coniunctionalis uel præventionalis, & uerificabis eam, id est, coniunctionē, uel præ uentionem per gradum suum atq; minutum. Qui si fuerit coniunctionalis, aspice planetā qui præerit gradui coniunctionis. Si fuerit præventionalis, aspicias gradum illius luminaris, qui fuerit super terra. Post hoc aspicias planetā, qui præ cæ teris fuerit plus dignitatibus in gradu coniunctionis à præventionis ex domo, uel exaltatione triplicitate uel termino, pones aspectū partem fortitudinis. Verbi gratia: Si fuerit planeta dominus domus, & aspicerit gradum coniunctionis, uel præventionis, fueritq; alter dominus exalta. inde aspicerit aspiciēs, digniorq; erit. Et horum fortitudines cognosces ex locis suis. Si autē duo planetæ, uel plures conuenerint, aspicies propiores cæteris ex fundamento, ipsum constitues au tores. Et propior cæteris ex fundamento est, ut aspicias planetas, si fuerint in an gulo, qui fuerit propior gradui anguli. Et si fuerint orientales, qui fuerit propior Soli. Et si fuerit in terminis, qui fuerit propior termino. Si uero dignitas utrorūq; planetarum, & aspectus fuerint æquales, cōstitues authorem qui fuerit aspectū propior. Post hoc aspicies ipsum authorem, utrum sit gradui ascendentis pro pior, uel gradui mediū cœli, & eius nadir. Qui si fuerit propior gradui ascenden tis & eius nadir, proiecte gradum ascendentis, id est, dimitte eum, & pone ascen dēs simile gradui planetæ et eius minut. Si uero fuerit propior gradui mediū cœli & nadir, pone gradum mediū cœli, sicut gradū planetæ, & eius minutū. Deinde scito quo hora ascendent: in qua hora ascendent, ipse gradus per opus extra ctionis ascendentis ex medio cœli: & quod exierit tibi ex horis, constitue super eos planetas, & hoc erit tempus in hora nati, si deus uoluerit,

**S** Cientia ascendentis ex medio cœli, aspice ex primo minuto Capricorni, usq; in minutum mediū cœli per ascensiones circuli directi. Post hoc, proiecte hoc ex primo minut. Arietis per ascensiones, quas exposui tibi: & quo peruenierit, uerte eum in gradus æquales, & ipsum erit ascendens.

De Natuitatibus, Finis.

### DOMINIVM PLANETARVM IN PROVINCIIIS.

**N**ota prædominiū planetarū in prouincijs, & sectis. ☽ cū ☽ Babylonis, m cū ♀ Arabis, ☉ cum ☉ Δ cum ☽ Indis, ☉ cū ☽ Teucris, ☉ cū ☽ Rom.

Quomodo

Quomodo iudicantur magni effectus in inferioribus.

**S**Ex sunt principia, per quæ iudicantur magni effectus in inferioribus. Primū, per figuram reuolutionis coniunctionis, maximè cum figura reuolutionis illius anni. Secundum principium, per figuram reuolutionis coniunctionis h & o mutata de triplicitate cum locis planetarum, cum reuolutione anni in quo fit talis coniunctio. Tertium principium, per figuram reuolutionis coniunctionis h & o in principio ♀ cum figura reuolutionis anni, in quo fit talis coniunctio. Quartum principium, per figuram reuolutionis coniunctionis h & o, quæ fit omnibus xx. annis. Quintum principium, per figuram coniunctionis uel appositiōis ☽ & ☿ precedentis introitum ☽ in capita signorum mobilium. Sextū principium, per figuram coniunctionis uel oppositionis ☽ & ☿ ante introitum ☽ in caput cuiuslibet xij. signorum, & figuram introitus ☽ in quodlibet signum.

Ad inueniendum ascendens nativitatis.

**P**rimò, habeatur tempus natī aestimatum, uidelicet horis post meridiē, & ab eis subtrahatur èquatio dierum, & remanebit tempus aestimatū nō æquatum, & ad hoc tempus queratur uerus locus solis, & uerus locus lunæ, & cum tempore primo æquato quære ascēdens. Deinde uideatur distātia lunæ ab angulo occidentis, si fuerit supra terram, aut ab ascēdente, si fuerit sub terra: & eam distantiam duplica, & quot erunt in gradu, tot erunt horæ: quas horas reducas in dies, si fuerint plures 24. adde supra 25. dies, si luna fuerit supra terrā: aut adde super 273. dies, si fuerit sub terra, & proueniet mora natī aestimata in utero matris. quam aufer ex tempore nativitatis propter cauendo bissexturn, ut haberas tempus conceptionis æstimatæ, diebus non æquatis. Ad hoc tempus inuenias locum solis, cuius ascensiones rectas aufer ab ascensionibus lunæ obliquis in hora nativitatis æstimatæ: & quod manet, reducas in horas: & has horas, & minuta pone cum diebus conceptionis æstimatæ loco horarum, quæ prius ibi erant, & habebis tempus conceptionis primò examinatum diebus æquatis, & quære èquationem dierum per gradus solis in conceptione, & subtrah eam ab hoc tempore, & habebis tempus cōceptionis primò examinatum diebus nō æquatis. Ad hoc tēpus inuenias uerū locum solis & lunæ: & si tunc uerus locus lunæ concordat cū ascēdente, nativitatis factum est opus: quia tunc nativitas æstimata fuit uera. Si uerò non concordat, inuenias ascensiones obliquas loci lunæ in conceptione primæ æquationi, & ab ipsis aufer ascensiones rectas loci solis in nativitate, & à residuo dempta æquatione dierū intuēta in uero loco solis in nativitate: quod manet, reduc in horas & minuta, & istas horas & minuta pone loco horarū & minutorū cum diebus in nativitate æstimata, & proueniet tēpore nativitatis primò examinatū diebus non æquatis. Ad hoc inueniatur uerus locus solis, & uerus locus lunæ, & ascensiones loci solis rectæ, & ascensiones loci lunæ obliquæ, tūc subtrah e ascensiones loci solis rectas tēpore cōceptionis primò examinatae ab ascensionibus lunæ obliquis tempore nativitatis æstimatæ: & quod manet ultimò iam inuentū, reduc in horas et minutas, et eas pone loco horarum & minutū, quæ erant cū diebus in conceptione primò examinata, & habebis tempus conceptionis secūdō examinatū diebus æquatis, à quo subtrah e æquationem dierum grad. solis in cōceptiōe, & habebis ipsum tempus diebus nō æquatis, ad quod quæras locum lunæ, & ipsum poteris sine timore ponere ascēdens in conceptione, si sit ascēdens in nativitate, & econuerso.

Ad inueniendum hylech, per Ioannem de Saxonia.

**A**d inueniendum hylech significator ē uitæ in nativitatib. incipendū est à sole, si nativitas fuerit diurna: & si fuerit ante grad. ascēdente per v. grad. infra, scilicet supra orientē. aut si fuerit in x. domo, uel xi. accipimus eum pro hylech, siue fuerit in signis masc. uel fœ. Si uerò nō fuerit in his locis, debemus inspicere, si fuerit in viij. uel viij. uel iiij. domo in signis masc. adhuc potest esse hylech. Nā si in p̄dictis locis fuerit in signis fœ. non erit aptus hylech. Si igitur sol nō fuerit aptus hylech, aspiciatur ad lunā, si fuerit in iiij. uel in ij. uel in iij. domo, aut in septima uel octaua domo, ipsa erit hylech, siue fuerit in signo masculino, uel fœ-

uel foemino. Si non fuerit in his locis, & fuerint ante grad. signi ascendentis per v. grad. uel infra, aut in decima domo, aut in quarta, aut in quinta, in signo fe. adhuc ipsa erit hylech. Et si fuerit in his locis in signis masculinis, non potest esse hylech. Si nativitas uero fuerit nocturna, debemus incipere a luna: & si fuerit ante grad. occidentis per v grad. uel infra scilicet in illis v grad. quae sunt sub terra ex parte occidentis, aut in aliorum locorum predicatorum secundum modum dictum, ipsa erit hylech. Et si ipsa non fuerit apta, aspiciemus ad solem: qui si fuerit ante grad. septimae domus per v. grad. uel infra, scilicet sub terra, aut in quarta, uel in quinta domo erit aptus hylech, siue signa sint masc. uel foem. Et si fuerit in ascidente, uel in secunda domo, in signo masc. erit aptus hylech, in foem. uero non. Si uero luminaria non fuerint apta, ut sint hylech, aspiciemus utrum coniunctio praecessit nativitatē, uel oppositio: quae si praecessit coniunctio, aspiciemus grad. coniunctionis. & si inuenierimus ipsum gradū in aliquo quatuor angulorum, uel succedentium, accipimus eum pro hylech. Et si non inuenierimus ipsum in aliquo angulorum nec succedentium, debemus aspicere ad gradus partis fortunae: qui si fuerit in aliquo angulorū uel succedentiū, debemus ipsum capere pro hylech. Si uero nō fuerit in aliquo horū locoru, debemus ultimō accipere grad. ascendentem nativitatis. Si autē oppositio praecessit nativitatem, debemus aspicere gradus oppositionis: sicut dictum est de gradu coniunctionis, & postea ad partē fortunae, & ultimō ad grad. ascend. nativitatis. Nec oportet in gradu coniunctionis, uel praeventionis, uel partis fortunae aspicere, utrum signa sint masc. uel foem. & sic patet, quod sol potest esse hylech in die & in nocte supra terram, uel sub terra in xi locis, & luna similiter. Si autē luna in aliquo predicatorum locorum fuerit combusta sub radijs solis, non erit apta hylech, & predicta loca, uel planetae non possunt esse hylech: quin aliquis habens dignitatem in predictis locis, aspiciat dictum locum quoque aspectu, & habeat aliquam dignitatem de v. dignitatibus. Sententia brevis dicti capituli, v. sunt loca, a quibus accipitur hylech, id est, significator uitae, uel locus uitae: quae sunt haec, sol, luna, grad. coniunctionis, uel praeventionis, pars fortunae, & gradus ascendentis nativitatis. Si nativitas sit in die, incipiendum est a sole. & si non fuerit in locis aptis, recipienda est luna. & si non fuerit apta, recipiendus est gradus coniunctionis uel praeventionis. Si non fuerit aptus, recipienda est pars fortunae: quae si non fuerit apta, recipiendus est gradus ascendentis nativitatis.

F I N I S .

M A R C I



**A R M I N E** diuinis artis, & conscientia fati  
Sidera diuersos hominum uariantia casus,  
Cœlestis rationis opus, deducere mundo,  
Aggredior, primusq; nouis Helicona mouere  
Cantibus, & uiridi nutantis uertice sylvas,  
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.

Nunc mihi tu Cæsar patriæ princepsq; paterq;  
Qui regis augustis parentem legibus orbem,  
Concessumq; patri mundum, deus ipse mereris,  
Das animum, uiresq; facis ad tanta canendum.  
Iam propiusq; fauet mundus scrutantibus ipsum,  
Et rapit æthereos per carmina pandere sensus.  
Hoc sub pace uacat tantum, iuuat ire per ipsum  
Aëra, & immenso spaciante uiuere cœlo,  
Signaque, & aduersos stellarum noscere cursus.  
Quod solum nouisse, parum est: impensis ipsa  
Scire iuuat magni penitus præcordia mundi.  
Quæq; regat, generetq; suis animalia signis  
Cernere, & in numerum Phœbo modulante referre.  
Bina mihi positis lucent altaria flammis.  
Ad duo tempa precor duplice circumdatus æstu,  
Carminis & rerum certa tum lege canentem  
Mundus, & immenso uatem cœlustre strepit orbe.  
Vixq; soluta suis immittit uerba figuris,  
Quem primum infernis liciuit cognoscere terris  
Munera cœlestum, quis enim condentibus illis  
Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?  
Quis foret humano conatus pectore tantum,  
Inuitis ut dijs cuperet deus ipse uideri?  
Tu princeps autorq; sacri Cyllenie tanti,  
Per te iam cœlum in terris, iam sidera nota,  
Sublimeis aperire uias, unumq; sub orbem,  
Et per inane suis parentia finibus astra,  
Nominaque, & cursus, signorum pandere uiros:  
Maior uti facies mundi foret, & ueneranda  
Non species tantum, sed & ipsa potentia rerum:  
Sentirentq; Deum gentes, quam maximus esset,  
Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent  
Omnibus, & mundi facies, cœlumq; supernum,  
Naturæq; dedit uiros, seq; ipsa reclusit  
Regalis animos primum dignata mouere,  
Proxima tangentes rerum fastigia cœlo.  
Quæ domuere feras gentis oriente sub ipso.  
Quas ferat Euphrates, in quas & Nilus inundat,  
Qua mundus redit, & nigras super euolat urbis.  
Tum qui tempa sacris coluerunt omne per ævum,  
Delectiq; sacerdotes in publica uota  
Officio iunxere deum, quibus ipsa potentis  
Numinis accendit castam præsentia mentem,  
Inq; deum deus ipse tulit, patuitq; ministris.  
Hi tantum nouere decus, primiç; per artem

Sideribus uidere uagis pendentia fata.  
 Singula nam proprio signarunt tempora casū,  
 Longa per assiduas complexi secula curas.  
 Nascendi quæ cuīq; dies, quæ uita fuisset.  
 In quas fortunæ leges quæq; hora ualeret,  
 Quantaq; quām parui fäcerent discrimina motus.  
 Postquam omnis cœli species redeuntib; astris  
 Percepta in proprias sedes, & redditæ certis  
 Fatorum ordinib; sua cuīq; potentia formæ  
 Per uarios usus, artem experientia fecit  
 Exemplo monstrante uiam, speculataq; longe  
 Deprendit tacitis dominantia legibus astra,  
 Ettotum alterna mundum ratione moueri,  
 Fatorumq; uices certis discernere signis.  
 Nam rudis ante illos nullo discrimine uita  
 In speciem conuersa operum ratione carebat,  
 Et stupefacta nouo pendebat lumine mundi.  
 Tum uelut amissis mœrens, tum læta renatis  
 Sideribus, uariosq; dies, incertaq; noctis  
 Tempora, nec similis umbras, nec sole regresso  
 Iam propiore suis poterant discernere causis.  
 Necdum etiam doctas solertia fecerat artis,  
 Terraq; sub rudibus cessabat uasta colonis.  
 Tuncq; in desertis habitabat montibus aurum,  
 Ignotusq; nouos pontus subduxerat orbis.  
 Nec uitam pelago, uentis nec credere uela  
 Audebant, sed quisq; satis se nosse putabat.  
 Sed cum longa dies acuit mortalia corda,  
 Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemq;  
 Aduigilare sibi iussit fortuna premendo,  
 Seducta in uariis certarunt pectora curas,  
 Et quæcunq; sagax tentando repperit usus,  
 In commune bonum commentum læta dedere.  
 Tunc & lingua suas accepit barbara leges,  
 Et fera diuersis exercita frugibus arua,  
 Et uagus incertum penetrauit nauita pontum,  
 Fecit & ignotis itiner commercia terris.  
 Tum bellî pacisq; artes commenta uetus.  
 Semper enim ex alijs alios prosemnat usus.  
 Nec uulgata canam, uolucrum prædicere linguis,  
 Consultare fibras, & rumpere uocibus anguis,  
 Sollicitare umbras, imumq; Acheronta mouere,  
 In noctemq; dies, in lucem uertere noctes,  
 Omnia conando docilis solertia uicit.  
 Nec prius imposuit rebus finemq; modumq;  
 Quām cœlum ascendit ratio, cœpitq; profundis  
 Naturam rerum causis, uiditq; quod usquam est,  
 Nubila cur tanto quaterentur pulsâ fragore,  
 Hiberna æstiuia nix grandine mollior esset:  
 Arderent terræ, solidusq; tremisceret orbis.  
 Cur imbres ruerent, uentos quæ causa moueret,  
 Peruïdit, soluitq; animis miracula rerum,  
 Eripuitq; Ioui fulmen, uiresq; tonantis.  
 Et sonitum uentis, concessit nubibus ignem.

Quae postquam in proprias deduxit singula causas,  
 Vicinam ex alto mundi cognoscere molem  
 Intendit, totumq; animo comprehendere cœlum.  
 Attribuitq; suas formas, sua nomina signis,  
 Quasq; uices agerent certa sub lege notauit.  
 Omniaq; ad numen mundi, faciemq; moueri,  
 Sideribus uarijs, mutantibus ordine facta.  
 Hoc mihi surgit opus, non ullis ante sacram  
 Carminibus: laueat magno fortuna labori,  
 Annosa & mollis contingat uita senecta,  
 Ut possim rerum tantas emergere moles,  
 Magnaq; cum paruis simili percurrere cura.

*De origine mundi, & terre forma.*

Cap. I.

**E**T quoniam cœlo carmen descendit ab alto,  
 Et uenit in terras fatorum conditus ordo,  
 Ipsa mihi primum naturæ forma canenda est,  
 Ponendusq; sua totus sub imagine mundus.  
 Quem siue ex nullis repetentem semina rebus  
 Natali quoq; egere placet, semperq; fuisse,  
 Et fore principio pariter, fatoq; carentem:  
 Seu permixta chaos rerum primordia quondam  
 Discreuit partu, mundumq; enixa nitentem  
 Fugit in infernas caligo pulsâ tenebras:  
 Siue indiuïdis, in idem reditura, soluta  
 Principijs natura manet post secula mille,  
 Et penè ex nihilo summum, nihilumq; futurum,  
 Cæcaq; materies cœlum perfecit & orbem:  
 Siue ignis fabricauit opus, flammæq; micantes,  
 Quæ mundi fecere oculos, habitantq; per omne  
 Corpus, & in cœlo uibrantia fulmina fingunt:  
 Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum  
 Materies, ipsumq; uocat quo soluitur ignem.  
 Aut neq; terra patrem nouit, nec flamma, nec aer,  
 Aut humor, faciuntq; Deum per quatuor artus,  
 Et mundi struxere globum, prohibentq; requiri  
 Ultra se quicquam, tum per se cuncta creaturæ,  
 Frigida nec calidis desint, aut humida siccis,  
 Spiritus aut solidis, sitq; hæc discordia concors,  
 Quam nexus habilisq; & opus generabile fingit,  
 Atq; omnis partus elementa rapacia reddunt:  
 Semper erit genus in pugna, dubiumq; manebit,  
 Quod latet, & tantum superest hominumq; deumq;,  
 Sed facies quæcumq; tamen sub origine rerum  
 Conuenit, & certo digestum est ordine corpus.  
 Ignis in æthereas uolucræ se sustulit auras,  
 Summaq; complexus stellantis culmina cœli  
 Flamarum uallo naturæ moenia fecit.  
 Proximus in tenuis descendit spiritus auras,  
 Aeraq; extendit medium per inania mundi,  
 Ignem flatus alit uicinis subditus astris.  
 Tertia fors undas strauit, flatusq; natantis  
 Aequora perfudit toto nascentia ponto,  
 Ut liquor exhalet tenuis, atq; euomat auras;

Aeraq;

Aeraqp ex ipso ducentem semina pascat.  
 Ultima subsedit glomerato pondere tellus,  
 Conuenitqp uagis limus permixtus harenis,  
 Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.  
 Quoqp magis puras humor secessit in undas,  
 Et siccata magis strinxerunt aequora terras,  
 Adiacuitqp cauis fluuium conuallibus aequor,  
 Emerse fretis montes, orbisqp per undas  
 Exilij, vasto clausus tamen undiqp ponto,  
 Imaqp de cunctis medium tenet undiqp sedem.  
 Idcirco qp manet stabilis, quia totus ab illo  
 Tantundem refugit mundus, fecitqp cadendo  
 Vndiqp ne caderet, medium totius & ium est.  
 Ita contractis consistunt corpora plagis,  
 Et concurrendo prohibent in longius ire.  
 Quod nisi librato penderet pondere tellus,  
 Non ageret cursus mundi subeuntibus astris  
 Phœbus ad occasum, & nunquam remearet ad ortus,  
 Luna ue submersos regeret per inania cursus.  
 Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,  
 Hesperus immerso dederat qui lumen olympo.  
 Nunc quia non imo tellus deiecta profundo,  
 Sed medio suspensa manet, sunt peruvia cuncta.  
 Quia caderent, subeat cœlum, rursusqp resurgat.  
 Nam nec fortuitos ortus surgentibus astris,  
 Nec totiens possim nascentem credere mundum,  
 Solis ue assiduos partus, & facta diurna,  
 Cum facies eadem signis per secula constet,  
 Idem Phœbus eat cœli de partibus iisdem.  
 Inde suos sinuat flexus per crura, pedesqp  
 Centauri alterius: rursus ascendere cœlum  
 Incipit, Argiamqp ratem per aplustria summa,  
 Lunaqp per totidem luces mutetur, & orbes:  
 Et natura uias seruet, quas fecerat ipsa.  
 Nec tyrocinio peccet, circumqp feratur  
 Aeterna cum luce dies, quod tempora monstrat.  
 Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis  
 Semper, & ulterius uadentibus, ortus ad ortus,  
 Occasum ue ortus, cœlum & cum sole perennet.

De mundi forma, & terra rotunditate.

Cap. 11.

**N**ec uero tibi natura admiranda uideri  
 Pendentis terræ debet, cum pendeat ipse  
 Mundus, & in nullo ponat uestigia fundo.  
 Quod patet ex ipso motu, cursuqp uolantis:  
 Cum suspensus eat Phœbus, cursumqp reflectat  
 Huc illuc, agiles & seruet in æthere metas:  
 Cum luna & stellæ uolitent per inania mundi,  
 Terra quoqp aerias leges imitata pependit.  
 Est igitur tellus medium sortita cauernam  
 Aeris, & toto pariter sublata profundo,  
 Nec patulas distenta plaga, sed condita in orbem  
 Vndiqp surgentem, pariter, pariterqp cadentem.  
 Haec eit naturæ facies, sic mundus & ipse

In conuexa uolans teretes facit esse figurā.  
 Stellarum, solisq; orbem, lunæq; rotundum  
 Aspicimus tumido querentis corpore lumen,  
 Quod globus obliquos totus non accipit ignes.  
 Hæc æterna manet, diuisq; simillima forma,  
 Cui neq; principium est usquam, nec finis in ipso,  
 Sed similis toto remanet, perq; omnia par est.  
 Sic stellis glomerata manent, mundumq; figurant.  
 Idcirco terris non omnibus omnia signa  
 Conspicimus, nusquam inuenies fulgere Canopum,  
 Donec Nilicas per Pontum ueneris oras.  
 Sed querent Helicen, quibus ille superuenit ignis,  
 Qui laterum tractus habitant, mediq; tumores  
 Eripunt terræ cœlum, uisusq; coherent.  
 Te testem dat luna sui glomerabilis orbis:  
 Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris,  
 Non omnis pariter confundis fidere gentes,  
 Sed prius Eoæ querunt tua lumina gentes.  
 Post medio subiecta polo quæcunque coluntur,  
 Ultima ad Hesperios infectis uolueris alis.  
 Seraq; in extremis quatuntur gentibus æra.  
 Quod si plana foret tellus, simul icta per omnes  
 Deficeret pariter toto miserabilis orbe.  
 Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,  
 His modo, post illis apparet Delia terris,  
 Exoriens simul atq; cadens, quia fertur in orbem  
 Ventris, & acclivis pariter declivia iungit,  
 Atq; alios superat gyros, aliosq; relinquit.  
 Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.  
 Hanc circum uariæ gentes hominum atq; ferarum,  
 Aerisq; colunt uolucres, pars eius ad Arctos  
 Eminet, Austrinis pars est habitabilis oris.  
 Sub pedibusq; iacet nostris, supraq; uidetur  
 Ipsa sibi fallente solo declivia longa,  
 Et pariter surgente uia, pariterq; cadente.  
 Hinc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,  
 Illuc orta dies sopitas excitat urbis.  
 Et cum luce refert operum uadimonia terris,  
 Nos in nocte sumus, somnosq; in membra locamus.  
 Pontus utroq; suis distinguit & alligat undis.  
 Hoc opus immensi constructum corpore mundi,  
 Membraq; naturæ diuersa condita forma  
 Aeris, atq; ignis, terræ pelagiq; iacentis.  
 Vis animæ diuina regit, sacroq; meatu  
 Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.  
 Et multa in cunctas dispensat foedera partis,  
 Alter ut alterius uires faciatq;, feratq;,  
 Summaq; per uarias maneat cognata figurā.

De duodecim signis zodaici.

Cap. III.

**N**unc tibi signorum lucentis undicq; flamas  
 Ordinibus certis referam, primumq; canentur,  
 Quæ media obliquum præcingunt ordine mundum,  
 Solemq; alternis uicibus per tempora portant,

Atq;

Atq; alia aduerso luctantia sidera mundo,  
Omnia quæ possis coelo uariare sereno.  
E' quibus & ratio fatorum ducitur omnis,  
Vt sit idem mundi primum quod continet arcem.

De Ariete & cæteris signis sequentibus.

Cap. IIII.

**A**vrato princeps Aries in uellere fulgens,  
Respicit admirans aduersum surgere Taurum,  
Summisso uultu Geminos et fronte uocantem.  
Quos sequitur Cancer, cancrum Leo, Virgo Leonem.  
Aequato tum Libra die cum tempore noctis,  
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,  
In cuius caudam contentum dirigit arcum,  
Mixtus equo uolucrem missurus iamq; sagittam.  
Tum uenit angusto Capricornus sidere flexus.  
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam,  
Piscibus assuetas auide subeuntibus undas,  
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.  
Atqui fulgentis cœlo consurgit ad Arctos,  
Omnia quæ summo despiciant sidera cœlo.  
Nec norunt obitus, unoq; in uertice tantum  
In diuersa situ cœlumq; & sidera torquent.  
Aera per gelidum tenuis deducitur Axis,  
Libratumq; tegit diuerso cardine mundum,  
Sidereus circa medium quem uoluitur orbis,  
Aethereosq; rotat cursus immotus. at ille  
In bina sarcos magni per inania mundi,  
Perq; ipsum terræ directus conspicit orbem.  
Nec uero è solido stat robore corporis eius,  
Nec graue pondus habet, quod onus ferat ætheris alti,  
Sed cum aer omnis semper uoluatur in orbem,  
Quocq; semel cœpit, totus uolet undiq; in ipsum,  
Quodcunq; in medio est, circa quod cuncta mouentur,  
Vsque adeo tenue, ut uerti non possit in ipsum,  
Nec iam inclinari, nec se conuertere in orbe.  
Hoc dixere axem, quia motum non habet ullum.  
Ipse uidet circa uolitantia cuncta moueri.  
Summa tenent eis miseris notissima nautis,  
Signa per immensum cupidos ducentia pontum.  
Maioresq; Helice, maior decircinat arctum.  
Septem illam stellæ certantes lumine signant,  
Qua duce per fluctus Graiae dant uela carinæ.  
Angusto Cynosura breuis torquetur in orbe,  
Tam spacio quam luce minor, sed iudice uincit  
Maiores Tyrro Pœnisi hæc certior autor  
Non apparentem pelago querentibus orbem.  
Nec paribus positæ sunt frontibus, utraq; caudam  
Vergit in alterius rostro, sequiturq; sequentem.  
Has interfusis, circumq; amplexus utrumq;  
Dividit, & cingit stellis ardentibus anguis,  
Ne coeant, abeant' ue suis à sedibus unquam.  
Hunc inter mediumq; orbem, quo sidera septem  
Per bis sena uolant contrâ nitentia signa  
Mixta ex diuersis consurgunt viribus astra.

Hinc uicina poli, cœlicq; hinc proxima flammis.  
 Quæ quia dissimilis, qua pugnat, temperat aer,  
 Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.  
 Proxima frigentis Arctos, boreamq; rigentem  
 Nixa uenit species genibus sibi conscientia causæ.  
 A' tergo nitet Arctophylax, idemq; Bootes,  
 Qui similis iunctis instat de more iuueniis,  
 Arcturumq; rapit medio sub pectore secum.  
 At parte ex alia claro uolat orbe Corona,  
 Luce micans uaria. nam stella uincitur una  
 Circulus in medio radians, quæ proxima fronte  
 Candidaq; ardenti distinguunt lumina flamma,  
 Gnosia desertæ fulgent monumenta puellæ,  
 Et Lyra deductis per cœlum cornibus inter  
 Sidera conspicitur, qua quondam cœperat **Orpheus**  
 Omne quod attigerat cantu, manesq; per ipsos  
 Fecit iter, domuitq; infernas camine leges.  
 Huic cœlestis honos, similisq; potentia causæ,  
 Tunc siluas & saxa trahens, nunc sidera ducit,  
 Etrapt immensum mundi reuolubilis orbem.  
 Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis  
 Diuidit, & toto mergentem corpore corpus  
 Explicit, ut nodos sinuataq; terga per orbes  
 Respicit, ille tamen molli ceruice reflexus,  
 Et dedit effusis per laxa uolumina palmis.  
 Semper erit paribus bellum, quia uiribus æquarant.  
 Proxima sors Cygni, quem cœlo Iuppiter ipse  
 Imposuit, formæ precium, qua cœpit amantem,  
 Cum Deus in niueum descendit uersus olorem,  
 Tergaq; fidenti subiecit plumea Leda.  
 Nunc quoq; deductas uolitat stellatus in alas.  
 Hinc imitata nitent, cursumq; habitumq; sagittæ  
 Sidera, tum magni louis ales fertur in altum  
 Assueto uolitans, gestet seu fulmina mundi  
 Digna loue & cœlo, quod sacris instruit armis.  
 Tum quoq; de ponto surgit Delphinus ad astra  
 Oceani, cœlicq; decus, per utrumq; sacratus,  
 Quem rapido conatus equus comprehendere cursu  
 Festinat, pectus fulgenti sidere clarus.  
 Et finitur in Andromeda, quam Perseus armis  
 Eripit, & sociat sibi, cui succedit iniquo  
 Dluisus spacio, quod terna lampade dispar  
 Conspicitur paribus Deltoton nomine sidus  
 Ex simili dictum Cepheusq; & Casiopea,  
 Nec uacuum solis fulgentem deserit orbem.  
 Sic in utruncq; mouet mundum, & contraria reddit,  
 Hanc qui surgentem primo cum redditur ortu,  
 Montis ab excelsø speculantur, uertice Tauri,  
 Euentus frugum uarios & tempora dicunt,  
 Quæ q; ualetudo ueniat, concordia quanta,  
 Bella facit, pacemq; refert, uarieq; reuertens.  
 Sic mouet, ut uidit mundum, uultuq; gubernat.  
 Magna fides hoc posse color, cursusq; micanteis  
 In radios uix sole minor, nisi quod procul hærens

Frigida cæruleo contorquet lumina uultu.  
 Cætera uincuntur specie, nec clarus astrum  
 Tingitur oceano, cœlum ue reuisit ab undis.  
 Tum Procyon, ueloxq; Lepus, tum nobilis Argos  
 In cœlum subducta, mari quod prima cucurrit  
 Emeritum magnis mundum tenet acta procellis,  
 Seruando dea facta deos, cui proximus Anguis  
 Squammea dispositis imitatur lumina flammis.  
 Et Phœbo sacer Ales, & magno gratus Hiaccho  
 Crater, & duplice Centaurus imagine fulget  
 Pars hominis tergo pectus commissus equino,  
 Ipsius hinc mundo templum est uictrixq; solutis  
 Ara nitet sacris, uastos cum terra giganteis  
 In cœlum furibunda tulit, tumidi quoq; magnos  
 Quæsiuere deos, dubitauit Iuppiter ipse  
 Quod poterat non posse timens, cum surgere terram  
 Cerneret, & uerti naturam crederet omnem,  
 Montibus, atq; alios aggestos crescere monteis,  
 Et tam uicinos fugientia sidera collis  
 Arma importantes, & rupta matre creatos,  
 Discordes uultu, permixtaq; corpora partus.  
 Hostiferum nec dum sibi quenquam numina norant.  
 Si qua forent maiora suis, tunc Iuppiter aræ  
 Sidera constituit, quæ nunc quoq; maxima fulgent.  
 Quapropter Cetus conuoluens squammea terga,  
 Orbibus insurgit tortis, & fluctuat alio,  
 Intentans morbi similis iam iamq; tenenti,  
 Qualis ad expositæ fatum Cœphædos undis  
 Expulit adueniens ultra sua littora pontum.  
 Tum Notius piscis uenti de nomine dictus,  
 Exurgit de parte Noti, cui cuncta feruntur  
 Flexa per ingenteis stellarum flumina gyros.  
 Alterius capiti coniungit Aquarius undas  
 Amnis, & in medium coeunt, & sidera miscent  
 In poenas signata suas: iuxtaq; relictam  
 Andromedam uastos metuentem piscis hiatus  
 Expositam ponto deflet, scopulisq; reuinctam,  
 Ne ueterem Perseus cœlo quoq; seruet amorem,  
 Auxilioq; iuuet, fugiendaq; Gorgonis ora  
 Substineat, spoliumq; sibi, testemq; uidenti.  
 Tum uicina ferens flexo uestigia Tauro  
 Heniochus studio mundumq; & nomen adeptus,  
 Quem primum curru uolitatem Iuppiter alto  
 Quadrijugis conspexit equis, cœloq; sacrauit.  
 Tum subeunt Hödi claudentes sidere pontum  
 Nubibus & mundi nutritio rege Capella,  
 Cuius ab uberibus magnum ille ascendit olympum,  
 Laete fero crescens ad fulmina, uimq; tonandi.  
 Hanc ergo aternis merito sacrauit in astris  
 Iuppiter, & cœli cœlum mercede rependit.  
 Pleiades Hyadesq; feri, pars utraq; Tauri  
 In Boream scandunt, haec sunt Aquilonia signa.  
 Aspice nunc infra solis surgentia cursus,  
 Quæ super exustas labuntur sidera terras,

Quæq; intra gelidum Capriconi sidus & axem  
 Imo subnixum uertuntur lumina mundo.  
 Altera pars orbis sub aquis iacet inuia nobis,  
 Ignotaq; hominum gentes, nec transita regna  
 Commune ex uno lumen ducentia sole,  
 Diuersasq; umbras, laevaq; cadentia signa,  
 Et de xtos ortus coelo spectantia uero.  
 Nec minor est illis mundus, nec lumine peior,  
 Nec numeroſa minus nascuntur sidera in orbe.  
 Cætera non cedunt, uno uincuntur in astro  
 Augusto, sidus nostro quod contigit orbis  
 Cæsar nunc terris, post coelo maximus author.  
 Cernere uicinum Geminis licet Oriona,  
 In magnum cœli tendentem brachia partem,  
 Nec minus extento surgentem ad sidera passu,  
 Singula fulgentis humeros cui lumina signant,  
 Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.  
 At caput Orion excuso immensus olympos,  
 Per tria subducto signatur lumina uultu.  
 Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant,  
 Necdure per totum decurrunt sidera mundum.  
 Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,  
 Quia nullum terris uiolentius aduenit astrum,  
 Nec grauitus cedit, nec horrens frigore surgit.  
 Has inter solisq; uias, arctosq; latentis,  
 Axem quem mundi stridentem pondere torquet  
 Orbe peregrino cœlum depingitur astris,  
 Quæ Notia antiqui dixerunt sidera uates,  
 Ultima quæ mundo semper uoluuntur in imo.  
 Quis innexa manent cœli fulgentia templa  
 Nusquam conspectu redempta cardine uero,  
 Sublimem speciem mundi, similisq; figuræ  
 Astrorum referunt, & ueras frontibus arctos  
 Vno distingui medias, claudiq; Dracone.  
 Credimus exemplo, quamvis fulgentia uisu  
 Nunc orbem cœli uertentis sidera cursu  
 Cardine tam simili sultum, quæ uertice pingit.  
 Hæc igitur magno dinis aspera sedes  
 Signa tenent mundi totum deducta per orbem.  
 Tu modò corporeis similes ne quære figuras,  
 Omniaq; aequali fulgentia membra colore  
 Deficiat nihil, ut uacuum qua lumine cesseret,  
 Non poterit mundus sufferre incendia tanta,  
 Omnia si plenis ardebunt sidera membris,  
 Quicquid subduxit flammis natura, pepercit  
 Succubitura oneri, formas disiungere tantum  
 Contenta, ut stellis ostendere sidera certis  
 Linea designat species, atq; ignibus ignes  
 Respondent, media extremis, atq; ultima summis,  
 Creduntur, satis est, si se non omnia celant:  
 Præcipue medio cum luna implebitur orbe,  
 Certa nitent mundo, cum luna conditur, omne  
 Stellarum uulgus, fugiunt sine nomine signa.  
 Plura licet uacuo tum credere sidera cœlo.

Nec

Nec fallunt numero, nec paruis mixta feruntur.  
 Et quod clara magis possis cognoscere signa,  
 Non uarios obitus norunt, uariosq; recursus,  
 Certa sed impropias oriuntur sidera luceſ,  
 Natalesq; ſuos, occasumq; ordine feruant.  
 Nec quicquam in tanta magis eſt mirabile mole,  
 Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.  
 Nusquam turba nocet, nihil illis partibus errat.  
 Latius & leuius mutato' ue ordine fertur.  
 Quid tam confusum ſpecie, quid tam uice certum eſt.

De eternitate mundi. Cap. V.

**A** C mihi tam preſens ratio non ulla uidetur,  
 Qua pateat mundum diuino numine uerti,  
 Atq; ipſum eſſe Deum, nec forte coiffe magistra,  
 Ut uoluit credi, qui primus mœnia mundi  
 Seminibus struxit minimis, inq; illa resoluit  
 Acquis & maria, & terras & sidera cœli,  
 Aetheraq; immensos fabricantem finibus orbes.  
 Soluentemq; alios conſtare, & cuncta reuerti  
 In ſua principia, & rerum mutare figuram.  
 Quis credat tantas operum ſine numine moles  
 Ex minimis, cœcoq; creatum foedere mundum?  
 Si ſors iſta dedit nobis, ſors ipſa gubernet.  
 At cur diſpositis uicibus conſurgere signa,  
 Et uelut imperio præſcriptos reddere cursus  
 Cernimus, ac nullis properantibus ulla relinqui,  
 Cur eadem æſtivas exornant sidera noctes,  
 Semper & hibernas eadem certamq; figuram  
 Quisq; dies reddit, mundo, certamq; relinquit.  
 Iam tum cum Graiae uerterunt Pergama gentes,  
 Arctos & Orion aduersis frontibus ibant.  
 Hæc contenta ſuos in uertice flectere gyros,  
 Ille ex diuerso uertentem ſurgere contra  
 Obuius, & toto ſemper decurrere mundo  
 Temporaq; obſcuræ noctis deprenderet ſignis  
 Iam poterant, cœlumq; ſuas diſtinxerat horas.  
 Quot post excidium Troiæ ſunt eruta regna?  
 Quot capti populi, quoties fortuna per orbem  
 Seruitum, imperiumq; tulit, uarieq; reuertit?  
 Troianos cineres quantumq; oblita refouit,  
 Imperium fatiſ Asia iam Græcia preſſa eſt.  
 Secula dinumerare piget, quotiesq; recurrens  
 Luſtrarit mundum uario ſoligneus orbe.  
 Omnia mortali mutantur lege creata.  
 Nec ſe cognofcunt terræ uertentibus annis,  
 Exutas uariam faciem perſecula gentes.  
 At manet in columis mundus, ſuacq; omnia ſeruat,  
 Quæ neclonga dies auget, minuitq; ſenectus,  
 Nec motus puncto currit, cursusq; fatigat.  
 Idem ſemper erit, quoniam ſemper fuit idem.  
 Non alium uideſe patres, alium' ue nepotes  
 Aspicient. Deus eſt, qui non mutatur in æuo.  
 Nunquam transuersas ſolem decurrere ad Arctos,  
 Nec mutare uias, & in ortum uertere cursus,

Auro.

Auroramq; nouis nascentem ostendere terris:  
Neclunam certos excedere lumenis orbes,  
Sed seruare modum, quo crescat, quoue recedat,  
Nec cadere in terram pendentia sidera coelo.

*De Parallelis circulis. Cap. VI.*

**C**irculus ad boream fulgentem sustinet arcton,  
Sexq; fugit solidas à cœli uertice partis.  
Alter ad extremi decurrentis sidera Cancri,  
In quo consumit Phœbus lucemq; moramq;  
Tardaç per longos circumfert lumina flexus.  
Aestuum medio nomen sibi sumit ab æstu,  
Temporis & titulo potitur, metaç uolantis  
Solis, & extremos designat feruidus actus.  
Et quinq; in partes Aquilonis distat ab orbe.  
Tertius in media mundi regione locatus  
Ingenti sphæra totum percingit olympum,  
Parte ab utræq; uidens axem, quo lumine Phœbus  
Componit paribus numeris noctemq; diemq;  
Veris & Autumni currens per tempora mixta,  
Cum medium æquali distinguit limite cœlum,  
Quattuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.  
Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens,  
Ultima designat fulgentis lumine solis.  
Inuiaç obliqua radiorum munera flamma  
Dat pariter minimum nobis: sed finibus illis,  
Quos superincubuit longa stant tempora luce,  
Vixq; dies transit candentem extenta per æstum.  
Bisq; iacet binis summotus partibus orbis.  
Vnus ab his supereft extremo proximus axi  
Circulus, Austrinas qui stringit & obſidet Arctos.  
Hic quoq; brumalem per partis quinq; relinquit,  
Et quantum à nostro sublimis cardine gyrus  
Distat ab aduerso, tantundem proximus illi.  
Sic tibi per binas uertex à uertice partis  
Diuisus, dupli ci summa circundat olympum.  
Et per quinq; notat signantis tempora fines.  
His eadem est uia, quæ mundo, pariterç rotantur  
Inclives, sociosq; ortus occasibus æquant.  
Quandoquidem sexto, quo totus uoluitur orbis,  
Fila trahunt alti circum comitantia cœli  
Interualla pari feruantes limite semper,  
Diuīsosq; semel finis, sortemq; dicatam.  
Sunt duo quos recipit ductos à uertice uertex,  
Inter se aduersi, qui cunctos ante relatos,  
Seç secant gemino coeuntes cardine mundi,  
Transuersosq; polo rectum ducuntur in axem,  
Tempora signantes anni, cœlumq; per astra  
Quattuor in partes diuīsum mensibus æquis.  
Alter ab excelsø decurrentis limes olympos  
Serpentis caudam, siccas & diuīdit Arctos,  
Etiuga chelarum medio uolitantia gyro.  
Sed dimensa suis consumere tempora signis  
Non opus est magni casus, sed numinis ordo.  
Haec igitur texunt æquali sidera tractu

Ignibus

Ignibus in uarias cœlum laqueantia formas.  
Altius hic nihil est: hæc sunt fastigia mundi  
Publica, naturæ domus his contenta tenet  
Finibus, amplectens pontum, terrasq; iacenteis.  
Omnia concordi tractu ueniuntq; caduntq;  
Qua semel incubuit cœlum, uersumq; resurgit.

*De magnitudine & latitudine mundi, & signorum  
distantia. Cap. VII.*

**I**pse autem quantum conuexo mundus olympos  
Obtineat spaciū, quantis bis sena ferantur  
Finibus astra, docet ratio; cui nulla resistunt  
Claustra, nec immensa moles, ceduntq; recessus.  
Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cœlum.  
Nam quantum à terris, atq; æquore signa recedunt,  
Tantum bina patent: quantumq; inciditur orbis  
Per medium, pars efficitur tum tertia gyri,  
Exiguo dirimens solidam discrimine summam.  
Summum igitur cœlum bis bina resurgit ab imo,  
Altera bis senis ut sit pars tertia signis.  
Sed quia per medium est tellus suspensa profundum,  
Bini à summo signis discedit, & imo.  
Hinc igitur, quodcumq; supra te suspicis ipse,  
Qua per inane meant oculi, quaq; ire recusant,  
Bis bis æquandum est signis, sextante rotundæ  
Efficiunt orbem zonæ, qua signa feruntur,  
Bis sex æquali spacio texentia cœlum.  
Nec mirere uagos partus eadem esse per astra,  
Et mixtum ingenti generis discrimine fatum,  
Singula cum tantum teneant, tantoq; ferantur  
Tempore sex tota surgentia sidera luce.  
Restat ut æthereos finis tibi reddere coner,  
Filaq; dispositis uicibus comitantia cœlum,  
Per quæ dirigitur signorum flammeus ordo.  
Circulus à summo nascentem uertice mundum  
Permeat, Arctophylaca petens per terga Draconis,  
Extremamq; secans Hydrā, mediumq; sub astris  
Centaurum: aduersus concurrit rursus in axe,  
Et reddit in Cetum, squamosaq; tergora Ceti,  
Lanigeriæq; notat fines, clarumq; trigonum,  
Andromedæq; sinus imos, fastigia matris,  
Principiumq; sūmum repetito cardine claudit.  
Alter in hunc medium, summumq; incubit in axem,  
Perq; pedes primos ceruicem transit & Vrsæ:  
Quam septem stellæ primam, iam sole remoto,  
Producunt nigræ præbentem lumina nocti.  
Et Geminis Cancrum dirimit, stringitq; flagrantem  
Ore Canem, clauumq; ratis, quæ uicerat æquor.  
Inde axem in occultum per gyri signa prioris  
Transuersa, atq; alio rursus de limite tangit  
Te Capricorne, tuisq; Aquilam designat ab astris.  
Perq; lyram inuersam currens, spirasq; Draconis,  
Posteriora pedum Cinosuræ proterit astra,  
Transuersamq; secat uicino cardine caudam.  
Hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus;

De Meridiano &amp; Horizonte. Cap. VIII.

**A**Tqe hæc æternam fixerunt tempora sedem,  
Immotis per signa modis statione perenni.  
Hos uolucres fecere duos: nance alter ab ipsa  
Consurgens Helice, medium præcidit olympum,  
Discernitqe diem, sextamqe examinat horam,  
Et paribus spacij occafus cernit & ortus.  
Hic mutans per signa uices, seu si quis Eoos,  
Seu petit Hesperios, supra se circinat orbem  
Verticibus superstantem, mediumqe secantem  
Cœlum, & diuiso signantem lumine mundum,  
Quando alijs aliud medium est, uolat hora per orbem.  
Cumqe loco terræ cœlumqe & tempora mutat.  
Atqe ubi se primis extollit Phœbus ab undis  
Illi sexta manet, quos tum premit aureus orbis.  
Rursus ad Hesperios sexta est, ubi cedit in umbras.  
Nos primam & summam sextam numeramus utrance,  
Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne.  
Alterius finis si uis cognoscere gyros,  
Circunfer facileis oculos, uultumqe per orbem.  
Quicquid erit cœli primum, terræqe supremum,  
Qua coit ipse sibi nullo discriminé mundus,  
Redditqe, aut recipit fulgentia sidera ponto,  
Præcingit tenui transuersum limite mundum.  
Hæc quoqe per totum uolitabit linea cœlum.  
Hunc tantum ad medium uergens, mediumqe repente  
Orbem, nunc septem ad stellas, nunc mota sub astra:  
Sed quoqe uagæ tulerint uestigia plantæ,  
Has modò terrarum, nunc has gradientis in oras,  
Semper erit nouus, & terris mutabitur arcus.  
Quippe aliud cœlum ostendens, aliudqe relinquent,  
Dimidium regit, atqe refert, uarioqe notauit  
Fine, & cum uisu pariter sua fila mouentem.  
Hic terrestris erit, quia terram amplectitur orbis,  
Et mundum plano præcinxit limite gyrus,  
Atqe trahens à se titulum, memoratur Orizon.

De Zodaico &amp; Læteo circulo, &amp; Cometis. Cap. IX.

**H**is addunt aliquos diuersa fila trahentes  
Inter se gyros, quorum fulgentia signa  
Alter habet, per que Phœbus moderatur habenas.  
Subsequiturqe suo solem uaga Delia curru,  
Et quinqe aduerso luctantia sidera mundo  
Exercent uarias naturæ lege choreas.  
Hunc tenet & summo Cancer, Capricornus ab imo:  
Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras,  
Lanigeri & Libræ signo sua fila secantem.  
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis.  
Rectaqe deuexo fallit uestigia cliuo.  
Nec uisu aciemqe fugit, tantoqe notari  
Mente potest, sicut cernuntur mente priores:  
Sed nitet ingenti stellatus Baltheus orbe,  
Insignemqe facit cælato lumine mundum,  
Et ter uicas partis patet, atqe trecentas  
In longum, bis sex latescit fascia partis,

Quæ